

SCRIPTORES  
VERBIS  
GERMANICARUM







Digitized by the Internet Archive  
in 2016 with funding from  
Getty Research Institute

<https://archive.org/details/arbeonisepiscopi13arib>











SCRIPTORES  
RERUM GERMANICARUM  
IN USUM SCHOLARUM  
EX  
MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS  
SEPARATIM EDITI.

---

ARBEONIS  
VITAE SANCTORUM  
HAIMHRAMMI ET CORBINIANI.

---

HANNOVERAE  
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.  
1920.

ARBEONIS  
EPISCOPI FRISINGENSIS  
VITAE SANCTORUM  
HAIMHRAMMI ET CORBINIANI.

---

RECOGNOVIT

BRUNO KRUSCH.

---

HANNOVERAE  
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.  
1920.

WIMARIAE TYPIS OFFICINAE AULICAE.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR:

	<i>Pagg.</i>
<i>Praefatio</i> . . . . .	<i>VII. VIII</i>
<i>I. Vita vel passio Haimhrammi episcopi et martyris Ratisbonensis</i> . . . . .	<i>1—99</i>
<i>Prooemium</i> . . . . .	<i>1—26</i>
<i>Textus</i> . . . . .	<i>26—99</i>
<i>II. Vita Corbiniani episcopi Baiuvariorum</i> . . . . .	<i>100—234</i>
<i>Prooemium</i> . . . . .	<i>100—188</i>
<i>I. Corbiniani adventus in Baiuvariam</i> . . . . .	<i>100—103</i>
<i>II. Corbiniani peregrinandi studium</i> . . . . .	<i>103—104</i>
<i>III. Castrum Maiense. Venostes cum Breonibus</i> . . . . .	<i>104—111</i>
<i>IV. Pilidrudis ducissae insidiae</i> . . . . .	<i>111—114</i>
<i>V. Hucberti ducis auspicia. Corbiniani mors et sepultura</i> . . . . .	<i>114—116</i>
<i>VI. Bonifatius vicarius apostolicus et Ermbertus episcopus Frisingensis</i> . . . . .	<i>116—118</i>
<i>VII. Anni primorum episcoporum Frisingensium du-</i> <i>cumque Baiuvariorum</i> . . . . .	<i>118—120</i>
<i>VIII. Translatio Valentini Pataviam, Corbiniani Fri-</i> <i>gisingam</i> . . . . .	<i>120—123</i>
<i>IX. Arbeonis episcopi Frisingensis vita</i> . . . . .	<i>123—127</i>
<i>X. Status et liturgia ecclesiae Frisingensis</i> . . . . .	<i>127—130</i>
<i>XI. Virgilius episcopus Salisburgensis</i> . . . . .	<i>130—134</i>
<i>XII. Elementa mala bonaque Vitae Corbinianii ab Arbeone compositae</i> . . . . .	<i>135—146</i>
<i>XIII. Sermo Arbeonis</i> . . . . .	<i>146—152</i>
<i>XIV. Vitae Corbiniani retractatae B origo et ratio</i>	<i>152—160</i>
<i>XV. Codices editioque Vitae Corbinianii auctore Ar-</i> <i>beone (A)</i> . . . . .	<i>160—163</i>
<i>XVI. Codices editionesque Vitae Corbinianii retracta-</i> <i>tae (B)</i> . . . . .	<i>163—180</i>
<i>XVII. Fabulae posteriores</i> . . . . .	<i>180—188</i>
<i>De Valentino ecclesiae Patavicensis patrono</i> . . . . .	<i>186. 187</i>
<i>1. Vita I. Corbiniani auctore Arbeone</i> . . . . .	<i>188—232</i>
<i>2. Ex vita eiusdem retractata B</i> . . . . .	<i>233—234</i>
<i>Index</i> . . . . .	<i>235—238</i>
<i>Glossarium</i> . . . . .	<i>239—244</i>
<i>Corrigenda</i> . . . . .	<i>244</i>



## *PRAEFATIO.*

*Baiuvariorum gens robusta ut prima in patria nostra fidem christianam amplexa est, ita vetustissimum scriptorem indigenam procreavit Arbeonem episcopum Frisingensem, cuius opuscula robigine purgata ad codices vetustos genuino sermoni restitui. Cum vero primus hicce non solum Baiuvariorum, sed etiam Germanorum scriptor domesticus duobus Scriptorum rerum Merovingicarum tomis IV. et VI. dehisceret, monumenta eius pretiosa uno volumine complecti visum est,*

10 *qua occasione etiam ea suppleri poterant, quae codicibus novis erutis Vitae Haimrammi addenda erant; Vita enim Corbiniani recens edita supplemento vix egebatur. Plurima autem quae in praefatione mea olim attuleram sermonis rustici exempla tollenda esse existimavi, cum de vera illius*

15 *et aevi et regionis litterarum condicione inter saniores criticos iam dubitari nequeat, neque enim caecos curare meum erat, qui Arbeonem sermonem politum calluisse rati in textibus retractatis pertinaciter persistunt. Arnoldus quidem praepositus S. Emmerammi saec. XI. hanc opinionem profiteri*

20 *poterat, scilicet patromi sui gesta ab auctore recte scripta neque depravata esse nisi maiorum negligentia, sed interim anni nonnulli praeterierunt veniaque quae illi libenter datur aequalibus nostris vix concedenda erit. Brevitatis studiosus etiam Vitae Corbiniani textum B sustuli praeter finem, qui*

25 *in A perit.*

*Habemus nunc auctorem rusticum eumque fuco falsae doctrinae praeditum, qui saeculo VIII. medio apud Baiuvarios florens ultimas antiqui litterarum cultus reliquias in*

medium aevum transtulit, testem quidem non omnino fide dignum, sed unicum fere vetustissimae historiae patriae suaे. Iam Maiense castrum iterum e tenebris emergit, in summis Alpibus situm, ubi puerum se periculum mortis vix evasisse ipse posteris tradidit, idemque iterum Italìs cessisse modo experti sumus, sicut illis temporibus a Baiuvariorum in Langobardorum dicionem transierat, ‘capite Italiae’ altius prolatō.<sup>5</sup>

W. Levison diuturni sodalis mei diligentiae fideique debitas gratias testatas esse volo, qui quanvis nuncemeritus in plagulis corrigendis adiuware me perrexit. <sup>10</sup>

Scribebam Hannoverae, die 15. Augusti 1920.

Bruno Krusch.

## VITA VEL PASSIO HAIMHRAMMI EPISCOPI ET MARTYRIS RATISBONENSIS.

*Castra Regina vel Reginum vallo cum portis et turribus* SS. R. Merov.  
*munita, quae in tabula Pcutingerana depicta adhuc conspi-* IV, p. 452.  
*ciuntur, a Marco Aurilio imperatore bello Marcomannico*  
*(a. 174—179) condita sunt<sup>1</sup>, ad viam sita quae apud Helfen-*  
*dorf dc via Iuvavo Augustam devertebatur<sup>2</sup>, eaque legio III.*  
*Italica olim occupabat<sup>3</sup>, cuius praefectus duci Ractiae sub-*  
*ditus erat. Radaspona nomine Gallico<sup>4</sup>, Germanico<sup>5</sup> Raga-*  
*nesburch, Regancsburch, Regenesburg similiterc saeculo VIII.*  
*appellata urbs incxpugnabilis<sup>6</sup>, confluentibus Danubio et*  
*Regen fluiis constituta, in metropolin<sup>7</sup> gentis Baiuvariorum*  
*crevit, regium quoque palatum capiebat, moenibus vero anti-*  
*quis privata cst, quae lapidibus deficentibus ad oratoria*  
*aedificanda destructa esse feruntur<sup>8</sup>. Martyr ibi celebratur,*  
*qui postea Hemmrammus vulgo Emmeramus<sup>9</sup> nominatus*  
*est, quo hodieque utuntur nomine corrupto, in libris vero*  
*melioribus Haimrammus, Haimrammus<sup>10</sup>, Heimrammus audit,*  
*i. e. corvus domesticus, si vocabula theutonica 'haim' et 'ram'*

1) Primordia urbis ex inscriptione a. 1873. eruta colliguntur; cf. F. Janner, 'Gesch. der Bischöfe von Regensburg', Ratisbonae 1883, I, p. 7. Hanc in C. I. L. III. inter Supplementa fasc. III, n. 11965, p. 1862, editam Hirschfeldius monuit cum anno quem prae se fert 179. p. Chr. non convenire, sed postea demum prescriptam esse, ita ut inter opus coeptum et perfectum non satis distinctum esset. 2) C. I. L. III, 2, p. 730. 3) Notitia dignitatum § 35, 17 (ed. Seeck p. 200): Praefectus legionis tertiae Italicae partis superioris, Castra Regina, nunc Vallato. 4) Altera nominis pars -bona saepe usitata (cf. Vindobona) pro oppido accipi videtur; cf. d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière' p.584. 5) Förstemann, 'Namenbuch' II, 2, col. 559<sup>3</sup>. 6) Ita V. Haimrammi c. 6. 7) Ib. c. 4. 8) Monach. Sangall. II, 11 (SS. II, 754). 9) Ita V. Haimrammi codices B variant, dum Haimrammus (A 1 Haymrammi c. 31, Haimrami c. 25; A 2a Haymrammus c. 1, Haimrhammus c. 3) et Haimrammus (A 2a Haimramnum c. 24, Hairamni c. 47) in A 1. 2. 2a legitur. 10) Haimrammus ep. Gurbinianus ep. Ermeritus ep. Gawipaldus ep. Joseph ep., aliis interpositis, hoc ordine sese subsequuntur in Libro confraternitatum S. Petri Salisburg. a. 784. inchoato (ed. Herzberg-Fränel MG. Necro-

*in latinum sermonem verteris. Is in ecclesia S. Georgii<sup>1</sup> extra moenia urbis sita sub humo sepultus erat, immensae magnitudinis lapide superimposito, cui loco Huebertus dux villam quandam dono dedit<sup>2</sup>. Cultu enim sanetus floruisse*

p. 453. *videtur, priusquam res eeelesiastieae Baiuvariorum \*in ordinem<sup>5</sup> redactae sunt. Quod cum Bonifatius consensu Otilonis dueis fecisset, provincia illa in quatuor dioeceses divisa, quattuor que ordinatis episcopis<sup>3</sup>, qua de re papa a. 739. ei gratulatus est<sup>4</sup>, Gavibaldus ecclesiae Ratisbonensis episcopus tunc institutus, sepulehro marmoreo construeto, corpus sancti trans-<sup>10</sup> ferendum euravit, princepsque regionis illius auro argentoque, gemmis margaritisque, sculpturis denique variis locum exornabant<sup>5</sup>. Ecclesiam Haimhrammi monachi occupabant, qui plerique more illius aevi presbyteri aut diaconi ordinati neque vero abbati sed ipsi episcopo subditi erant. Itaque monasterium illud episcopale primordia fere eadem habuit atque Sangallense, caedemque fraudes ibi factae sunt, ut regis adnumeraretur<sup>6</sup>. Res eius in potestate erant episcopi neque de iis agi poterat nisi illo praesente aut consentiente, cumque erescente et re familiari et monachorum numero ad iura<sup>20</sup> defendenda aut disciplinam exereendam unus non sufficeret, adlocutum idem a. 814. instituit unumque e congregatione*

*log. II, p. 26), Heimrammus vero in charta a. 772 (ed. Th. Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising', Monachii 1905, I, p. 78) legitur.*

1) V. Haimhrammi c. 34. 2) Arnoldus, *De miraculis beati Emmerammi* I, 1 (SS. IV, p. 549): Hucbertus, qui beato Georgio et sancto Emmerammo sub quodam Rathario adventitio episcopo donaverat curtem, quae in pitaciis, e quibus haec excerptimus, Pirchinwanch nuncupatur. 3) V. Bonifatii auct. Willibaldo c. 7 (ed. W. Levison p. 38). 4) S. Bonifatii et Lulli epistolae, ed. M. Tangl p. 72. 5) V. Haimhrammi c. 35. 6) Ratisbonenses vero haec studia multo post Sangallenses scriptores aggressi sunt neque retiustiorem reperio Othloho saec. XI. Arnoldus (II, 8) solam separationem episcopatus monasteriique et abbatem proprium defendens, ingenuus confessus est episcopos eosdem fuisse abbates, sed Othloh, V. Wolfgangi c. 15 (SS. IV, p. 532), hunc ipsum locum ad verbum depromens, potestatem imperatorum vel regum adiecit, a quibus episcopi monasterium obtinuerunt, albataque contendit per eosdem illud privatum esse, atque in V. Bonifatii I, c. 38 (ed. W. Levison p. 153) 'regalem eius libertatem' ad Karolum M. rettulit. Certe Karolo M. Leonique (MG. Dipl. Karol. I, n. 258; Brackmann, *Germania pontificia* I, p. 283, n. 1) atque imperatoribus papisque sequentibus attributa privilegia adhuc supersunt, quibus translatio sedis episcopalis ex monasterio in urbem Karolo imperatore facta, potestas imperatorum regumve, tributum denique sedi apostolicae persolvendum continentur, falsa nempe omnia, in chartulario saec. XI. ex. asservata, eodemque fere tempore charta Karoli a. 794. genuina adulterata est, ut abbas in illius aevum promoveretur; cf. Ioh. Lechner ('N. Arch.' XXV, p. 627—635). Arnoldi textus saeculo demum XVII. interpolationibus auctus est (I, 5. II, 9).

*praepositum clegit<sup>1</sup>; abbatem vero non concessit ante a. 975<sup>2</sup>, ex quo monasterium a rectoribus propriis gubernari coepit est. Sed quamvis utriusque episcopus eo usque praefuisse et episcopatu et monasterio, tamen res familiaris separata fuisse videtur atque nonnumquam expressis verbis in chartis declaratum est ea quae transegerat negotia 'ex ratione monasterii' episcopum transegisse<sup>3</sup>. Inter patronos Haimhrammus iam primum locum obtinet, iuxta quem Georgius deinceps non nominatur nisi raro<sup>4</sup>; e reliquis quibus ecclesia dicata erat sanctis solus Petrus aliquoties citatur<sup>5</sup>. Traditiones igitur, quarum antiquissima praesente Gawibaldo episcopo facta est<sup>6</sup>, in universum 'ad sanctum Dei martyrem Emmeramnum' solum spectant vel ad ecclesiam, ubi corpus eius sacrum iacebat<sup>7</sup>; crypta sancti a. 791. commemoratur sedente Sindberto episcopo<sup>8</sup>, qui novam basilicam amplioribus spatiis et profusiore sumptu construxisse atque ornasse fertur<sup>9</sup>. Postea ante altare, ubi corpus martyris quiescebat, aut ad tumulum eius traditiones haud raro octae sunt<sup>10</sup>. Agitur sine dubio de altari principali, in quo ossa sancti condita erant, neque de confessione quam dicunt vcl crypta quadam, atque valde dubium est, quin quem a. 1894. iuxta altare S. Iohannis eruerunt \*sarcophagus cum ossibus in pulverem confestim versis Haim- p. 454. hrammo nostro recte attributus sit a doctis Ratisbonensibus<sup>11</sup>.*

- 1) Chartam a. 814, in qua utriusque dignitatis prima mentio fit,  
25 edidit Th. Ried, *Codex chronologico-diplomaticus episcopatus Ratis-  
bonensis*, tom. I, p. 13. 2) Riezler, 'Gesch. Baierns', I, p. 380; Janner  
l. l. p. 362. 3) E. gr. chartae a. 830. 842; Ried p. 27. 36. 4) E.  
gr. a. 792; Ried I, p. 7. 5) Charta a. 778: ad casam, quae con-  
structa est in honore sancti Petri et sancti Emmerammi (Ried I,  
30 p. 3); a. 819 (Ried I, p. 17). Mecum consentit R. Budde, 'Die recht-  
liche Stellung des Klosters S. Emmeram in Regensburg zu den öffent-  
lichen und kirchlichen Gewalten vom 9. bis zum 14. Jahrh.' ('Archiv f.  
Urkundenforschung' 1914, V, p. 157). 6) Ried I, p. 2. 7) Charta  
a. 776 (Ried I, p. 3). 8) Ried I, p. 6. 9) Arnoldus II, 24.  
25 10) Chartae a. 814 (Ried I, p. 12. 14), a. 821 (Ried I, p. 19). 11) Sar-  
cophago vestigia nulla inerant, cuiusnam corpus eo contineretur. J. A.  
Endres, 'Die neuentdeckte Confessio des Hl. Emmeram zu Regensburg',  
Ratisbonae 1895 (dissertatio separativus edita ex 'Römische Quartalschrift'),  
et Hugo comes de Walderdorff, 'Die neuentdeckte Confessio des h.  
Emmeram zu Regensburg' (item separativus edita ex 'Augsburger Post-  
zeitung') loco Arnoldi (I, 14, ed. Migne 141, col. 1042) eo nituntur, quo  
confessionis 'de pedibus ipsius', scilicet martyris nostri, meminit 'aram-  
que suae requietionis antipodam' dixit altare S. Iohannis, sed pedes illi  
ad martyres antiquos alibi referuntur, ita ut altare illud vocetur 'ad  
40 pedes sanctorum'; Notae S. Emmerammi, SS. XV, p. 1095. Cf. 'N.  
Arch.' XXIX, 363 sqq., XXX, 458 sqq., XXXII, 519. Traditionem tue-  
tur F. Schüabl, 'Die vorkarolingische Basilika St. Emmeram in Regens-  
burg', Ratisbonae 1919, p. 39.

*Ut Arnulfus rex (a. 887—896) Ratisbonae frequentius moratus martyrem nostrum peculiarem patronum venerabatur, iuxta quem palatum magnum extrui iussit<sup>1</sup>, ita eius summus venator Irine comes ecclesia nova aedificata Haimhrammo titulum sepulchralem dicavit, quem e codice Monacensi lat. n. 14747 (Rat. S. Emm. 747), saec. X, fol. 165, exscripti<sup>2</sup>, seilicet hunc:*

Hic corpus primum sancti requievit humatum  
Pastoris patrisque pii nostrique patroni  
Heimrammi, cuius meritis hic signa patescunt,  
Quae Dominus sub honore suo patrare suescit.  
Tunc in amore sui hanc aulam construxerat Irinc  
Excellens praeses regis summusque venator,  
Illi⁹ auxilio ut semper fungatur in aevo  
Post finemque suum mereatur scandere caelum.

*Cultui martyris vulgus die 10. Kl. Oct. adhaeret iam inde antiquitus, nam Martyrologio saec. VIII. litteris Anglo-saxonis exarato, cuius fragmenta penes Hugonem comitem de Walderdorff virum de historia Ratisbonensi optime meritum extabant, eodem die manu paulo posteriore illata sunt hacc: et sancti Emhrammis, eodemque et Hrabanus<sup>3</sup> ipsius meminit: Et sancti Emmerammi martyris, et Usuardus<sup>4</sup>: Apud Beuvariam sancti Heimmerani episcopi et martyris. Hic crimen stupri a quodam commisso sibi causa Christi imputari suasit ac proinde mortis discrimen patienter pertulit.*

*Ad ecclesiam Haimhrammi Ratisbonensem in primis festivitatis ipsius die confluabant, quicumque morbis aut delictis<sup>5</sup> propriis oppressi erant, ut intercessione martyris rebus adversis liberarentur, non solum ex eadem dioecesi, sed etiam ex vicina Frisingensi, quam item instituerat Bonifatius. Cum peregrinantes indigenae gravibus periculis expositi erant, tum Frisingenses difficultate atque longitudine viae vexabantur<sup>6</sup>, ita ut, fama percrebrente, in dioecesi propria*

1) Arnoldus, *De miraculis beati Emmerammi I*, 5 (SS. IV, p. 551); E. Dümmler, 'Gesch. des Ostfränk. Reichs' III, 477<sup>2</sup>. 2) Edidit Péz, Thes. Anecd. VI, p. 6; Ried I, p. 1. Ex titulo illo munus quo Irinc fungebatur palatinum erui licet alias ignotum; cf. E. Dümmler l. l. III, 487<sup>2</sup>. 3) Canisius, *Lectiones antiquae*, ed. Basnage II, 2, p. 342. 4) Ed. Bouillart p. 156. 5) V. Haimhrammi c. 37. 6) Ex dioecesi Frisingensi adultera (V. Haimhrammi c. 36) et puellula aegrota (ib. c. 44) oriundae erant, quae martyris ecclesiam Ratisbonensem risitaturae illa peccatis prohibita est, hacc longinquitate: Quae dum ex difficultatem et itineris prolixiore spatio ad beati Dei martyris corpore adducere recusassent, tamen ad venerandum locum, ubi beatus pontifex gloriosum consummavit martyrium (scilicet Helfendorfensem perducta est).

*loca reperta esse fatis martyris sacrata, nihil iucundius ipsis accidere potuisset. Id autem ita factum est.*

\*Erat in dioecesi Frisingensi villa Kleinhelfendorf ('B.-A. p. 455. Rosenheim') ad viam publicam Campoduno Iuvavum usque sita, ibique locus amoenissimus crescente humo in cubiti altitudinem surgere videbatur neque hieme nivibus aut glacie tangi. Miraculum ad Haimhrammum martyrem relatum postquam nonnullis innotescere coepit, longe lateque vulgatum est, fidelibus undecimque advolantibus, ut in honorem sancti preces fundentes vota sua ad effectum adducerent. Denique christiani quidam Arbeone teste<sup>1</sup> Haimhranno ecclesiam moenibus ductis aedificaverunt, ubi mox miracula innumera coruscare cooperunt, caecis visum, claudis gressum, mutis linguam recipientibus. De origine huius Haimhrammi ecclesiæ in villa Helfendorf sitac per conditorem ipsum adhuc mclius instructi sumus. Ortlaip enim sedente Ermerto episcopo Frisingensi (a. 739—747) locum iusto pretio ab incolis mercatus moenibus eam fabricandam curaverat, sicut ipse a. 772. in charta testatus est, qua Arbeoni episcopo monachus Isnensis factus eam tradidit<sup>2</sup>.

Alter locus in eadem dioecesi situs, tribus scilicet milibus ab Aschheim ('B.-A. München') villa publica distans, quae ecclesia Petro sacra iam inde antiquitus fruebatur, modo persimili in ora vulgi pervenit. Itcm nives eidem ita pepercerant, ut verno dcore et amoenitate per totum annum florere videretur, licet tanta abundantia effunderentur, ut cubiti altitudinem attingerent. Cum autem locus in quadrivio situs esset ipsaque villa vicina admodum frequentaretur, praetererentes multi miraculum admirabantur, cumq; ab incolis regionis illius naturam rcrum exquirerent, in memoriam rediit Haimhramus ciusque martyrium. Itaque vicini ecclesiam eadem inibi construxerunt, in qua item innumeræ virtutes non mediocriter clarescebant<sup>3</sup>.

Attamen locus ille per spatia annorum innumera<sup>4</sup> incultus fuerat et oblivioni datus neque quisquam martyri illius ibi reminiscebatur, priusquam miracula illa contigerunt, atque etiam Helfendorfensis in solitudinem redactus per annos multos permanserat<sup>5</sup>, destructis aedificiis dissipatisque incolis. Denique vel post ecclesiam utramque conditam anni permulti

40 1) V. Haimhrammi c. 30. 2) Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising' I, p. 79. 3) V. Haimhrammi c. 25. 4) Ita V. Haimhrammi A (c. 25); per multa annorum spatia B. 5) V. Haimhrammi c. 29.

*lapsi sunt, donec Haimhrammi martyrium litteris mandatum est.*

*Cyrinus, qui vitam vel passionem martyris reverentia duetus eonscriptis, sanctum in fine obseerans, ut sibi misero subveniret peccatori, cum Iosephum episcopum ‘prodecessorem’ suum dixerit<sup>1</sup>, sedi Frisingensi post eum praeerat, eumque qui huic successit Arbeo nomen suum germanicum<sup>2</sup> latine Heres<sup>3</sup> verterit, Heres autem Hieronymo<sup>4</sup> teste idem sit atque Cyrinus, recte conclusum est sub hoc nomine primum Baiuvariorum scriptorem latere, eius de vita rebusque gestis infra agendum est. Opus eius necessitudine quadam cum actis a. 772. cohaeret. Verba enim quibus in charta Ortlaipi Arbeoni ecclesiaeque Frisingensi data loeus Helfendorfensis definitus est eadem fere sunt quae in Vita leguntur<sup>5</sup>:*

p. 456.

*\*V. Haimhrammi*

e. 12. ubi — certaminis elegerat campum A (ubi — campus certaminis elegit B); cf. certaminis campus e. 7. 8. 18.  
24. 29,

*neque deerant, qui eadem ex hae deprompta esse statuerent<sup>6</sup>. Deinde Vitae exordium idem est, quo et acta synodi publicae Neuchingensis incipiunt eodem a. 772. celebratae<sup>7</sup>:*

*V. Haimhrammi c. 1.*

In nomine Dei summi. In perpetuo regnante domino nostro Iesu Christo, qui sanguine suo et q. s.,

*Charta Ortlaipi a. 772.*

ubi beatus Christi martyr H. campum elegit certaminis,

*Synodus Neuching. a. 772.*

Regnante in perpetuum 25 domino nostro Iesu Christo, in anno XXIII. regni religiosissimi ducis Tassilonis gentis Baiuvariorum,

*et chartae Frisingenses duae eodem anno datae<sup>8</sup>, cumque 30 idem initium una cum chrismo: In Christi nomine in charta a. 769. scripta manu Heripaldi notarii Arbeonis primum*

1) V. Haimhrammi c. 45. 2) Goth. ‘arbja’, teut. olim ‘arpeo’, ‘arie-peo’, hodie ‘erbe’; cf. Sepp, *Anal. Boll. VIII*, p. 217. 3) *Charta a. 757* (ed. Bitterauf l. c. p. 36): Ego Heres, id est Arbeo, rogatus atque petitus haec donatione scripsi et subscrispi. 4) *Hieronymi liber interpretationis Hebraicorum nominum (Onomastica sacra ed. de Lagarde, Göttingae 1870, I, p. 64)*: Cyrinus haeres, qui apud nos melius effertur et verius per Q litteram, ut dicatur Quirinus. 5) *Id quod primus animadvertisit Siegmundus Riceler, ‘Arbeo’s Vita Corbiniani in der urspr. Fassung’ (‘Abh. d. bayer. Akad. d. Wissensch.’, Monachii 1888, p. 28).* 6) Sepp. l. l. p. 218. 7) Ed. MG., *Concilia II*, 1, p. 104. 8) Ed. Bitterauf p. 70. et 76. a. 772.

oecurrat<sup>1</sup>, ad idem fere tempus delegamur, quo V. Corbiniani composita est<sup>2</sup>, sed fortasse tertio huc referendum est iter auctoris Ratisbonense anno 772. suscepit, eum 'in ecclesia beati Emmerammi' versaretur ad loca nonnulla aeeipienda 5 ecclesiae propriae Frisingensi et S. Corbiniano tradita<sup>3</sup>.

Aeta synodalia legi Baiuvariorum addita Arbeo optime cognita habebat, qui in V. Haimrammi c. 29, verbis quod scriptum est praemissis, locum e capitulis synodi Aschaimensis<sup>4</sup> a. 756. celebratae deprompsit. Unius praeterea libri 10 in eius operibus crebra reperiuntur vestigia, scilicet Dialogorum Gregorii M.<sup>5</sup>

Utrumque loeum Frisingensem, qui nives non tolerans ad Haimrammi martyrium a rusticis relatus est, Arbeo ita conexuit; ut villam Helfendorf 'certaminis eampum' eligeret, 15 scilicet ubi membra abseisa essent, alteri vero Aschheim finem attribueret, ita ut prope illam naturae satisfaciens in ecclesia S. Petri<sup>6</sup> primam sepulturam repperisset, antequam Ratisbonam pervenisset. In describendis tormentis crudelitate fere inaudita diffusus corpus voluit hoc ordine truncatum esse, 20 ut primo digitorum summitates abseisae, deinde oculi eruti, tum nares auresque avulsae essent<sup>7</sup>, quae pedes utrique, palmae, evacuatis articulis, deinde genitalia, tum lingua e palato soluta seeuta essent<sup>8</sup>. Sine dubio passio Leudegarii ei in oculis animoque versabatur, cuius cruciatus sub ipsis 25 manibus in immensum multiplicati sunt, atque tormenta martyrum Alexandrinorum ante oculos habebat, qualia Rufinus, Hist. ecel. VIII, 12, depinxerat. Truncum absque membris cruento madefactum novem miliaria emensum esse<sup>9</sup> asseruit, donee sanguinolentus morte functus esset. Hoc saucii iter 30 ab Helfendorf ad Aschheim usque difficile creditu est virique sancto deditissimi illud adeo mirati sunt, ut omnino negaverint id fieri potuisse, 'nisi clericie medieinae periti vulnera diligentissime tractavissent'<sup>10</sup>. Hoc vero praesumi licere ex Vita ipsa minime sequitur.

Neque iis quae de abscisorum membrorum fatis Arbeo enarravit nimiam fidem tribuam, scilicet ea collecta ab incolis

1) Ed. Bitterauf p. 58; cf. chartam a. 770, ed. Bitterauf p. 65.

2) Cf. Praefationem V. Corbiniani *infra* § XII. 3) Ed. Bitterauf p. 75.

4) MG. Concil. II, 1, p. 57. Locus pendet ex Isidori Sententis I, 2, 2 (Opera ed. Arevalus VI, 118); cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, 221, n. 1.

5) Locus Dialogorum I, 4, in V. Haimrammi c. 2. et 7, notissimus ille prologi: dies, ut opinor, ante quam sermo cessabit ib. c. 2 (recensio B sola) et 31. expilatus est, qui tertio redit in V. Corbiniani c. 41. Gregoriana diligenter adnotavit W. Levison socius. 6) V. Haimrammi c. 24. 31.

45 7) Ib. c. 17. 8) Ib. c. 18. 9) Ib. c. 24. 10) Sepp l. l. p. 238.

*in spina alba condita esse, cum arbori illi miram sanandi vim superstitiose attribuissent, eodem vero die duos ignotos atque pulcherimos viros per viam publicam equitantes advenisse eaque requisita abstulisse neque postea usquam visos esse<sup>1</sup>. Martyr adhuc vixisse traditur, immo haud pauca tunc p. 157. locutus \*esse<sup>2</sup>, eum omnibus fere membris atque etiam lingua privatus esset, id quod siores critici vehementer detestati sunt.*

*Causa quam Arbeo attulit martyrii a nullo approbata est, sed ipsi studiosissimi sancti cultores nobiscum consentiunt eredi non posse ea quae hac de re in Vita leguntur parum consentanea. Auctori demonstrandum crat, quomodo in duo dioecesos Frisingensis loca pervenisset martyr, qui Ratisbonae sepultus summo cultu honorabatur. Quae cum meridiem versus sita essent, in itinere Romano lustrari poterant, idque suscepsum esse idem voluit orationis causa, liecentia a cunctis inhabitantibus<sup>3</sup> aut a principe<sup>4</sup> impetrata. Interitus autem culpam in feminam contulit, nam sanetum non negavit affabilem se praestitisse utrisque tam feminis<sup>5</sup> quam viris. Igitur Ota Theotonis ducis Baiuvariorum filia per iudicis, id est comitis<sup>6</sup>, eiusdem filium Sigibaldum nomine gravida redditum est, cumque stuprum amplius celandum non esset, Haimrammo episcopo ambo se aperuerunt eiusque consilium adierunt, ut tormenta evaderent; ille autem non solum pacnitciam eis imperavit, sed etiam suasit, ut in se ipsum flagitium transferrent<sup>7</sup>. Itaque episcopus, quamvis esset innoxius, flagitiis auctor a puella delatus<sup>8</sup> atque iussu Lantperhti fratris eius in itinere quod suscepisset Romano in villa Helfendorf eo quo dixi modo eruciatus est; puella autem exilio damnata in Italia diem supremum obiit<sup>9</sup>. Ne exemplum pessimum alii in saeris ordinibus constituti sequerentur, antequam urbe exisset, Wolfcico presbytero vram rei naturam Haimrammus revelavit, ut ubi vitac ipsius finem audisset, omnes de innocentia sua certiores faceret, se vero vivo silentium faceret<sup>10</sup>.*

*Mireris mendacium, ad quod episcopus configuisse perhibetur perniciosum sibi neque puellae profuturum, quam minus dehonestassent iuvenis nobilis quam amores episcopi, mendacium in episcopo co minus tolerandum, quo magis totius ordinis ecclesiastici fama eo laederetur. His Suyskeni<sup>11</sup>*

1) V. Haimrammi c. 22. 23. 2) Ib. c. 19. 24. 3) Ita ib. c. 8. 40  
4) Ita ib. c. 10. 5) Ib. c. 8. 6) Cf. Waitz, 'VG.' III, 2, p. 154<sup>3</sup>.  
7) Ib. c. 9. 8) Ib. c. 12. 9) Ib. c. 13. 10) Ib. c. 11. 11) AA.  
SS. Sept. VI, p. 464.

argumentis omnes fere qui postea hanc vitam examinaverunt assensi, causam martyrii ab Arbcne allatam minime admittendam esse statuerunt, quae ratione omni penitus carceret. Praetera auctor sibi ipse minime constat, nam episcopus in conspectu Lantperhti constitutus mox innocentiam suam aperte profitetur, se sacerdotum terrenum non habere declarans, immo tantum abest, ut culpam alicnam suscepit, ut contra ad sedem apostolicam appellaverit<sup>1</sup>.

Martyrium sancti una cum translatione Ratisbonam, quam urbem amoenitatis<sup>2</sup> causa idem anteposuisse diceitur, maximam libri partem efficit (c. 8—34), dum capita priora (c. 1—7) tota eius vita reliqua occupat. Eum Pictavis et natum et episcopum institutum esse<sup>3</sup> neque linguam nostram novisse, ita ut interprctis Vitalis presbyteri inter Baiuvarios indiguisst, parum vcrisimile est. Nomen cnim eius omnino theutonicum ad hominem referendum videtur esse origine Germanum<sup>4</sup> neque inter episcopos Pictavos idem reperitur<sup>5</sup> neque per saeculum VII. iis commode inscri potest.

Thecote<sup>6</sup> duce Baiuvarios rgente ad convertendam Avarorum gentem sanctus Ratisbonam advenit, episcopo alio Pietavis instituto<sup>7</sup>, sed bello inter Baiuvarios Avarosquc exorto a progressu prohibitus<sup>8</sup> per triennium<sup>9</sup> apud illos consedit et idolorum cultum extirpavit. Baiuvarii enim neophyti paganorum ritum magna ex parte retinuerant. Dux vero christiana fidei admodum deditus advenac non solum possessiones concessit, sed etiam pontificis aut abbatis provinciae illius dignitatem ei obtulit<sup>10</sup>. Haimhramus igitur episcopis Scottorum more vagantibus adnumerandus videtur esse, monachis scilicet \*illis ordine episcopali praditis, qui r. 458.

iure diocesano neglecto modo hic modo illic pontificalia exercabant, eumque per urbes, oppida, vicos, domos discurrisse Arbc testatus cst<sup>11</sup>. Theconi duci liberos quos dixi idem attribuens Otam et Lantperhtum in exilio defunctos, in hoe temporali regionis illius domino sanguinem sancti viri adeo vindicatum esse assciuit, ut vel nepotes et proncpotes radicibus exterminati essent neque quisquam corum remansisset, et ubi aedificia ipsius ceteris eminentiora quondam fastigia protulissent, ibi urtica et platanus postea pullulassent<sup>12</sup>.

1) V. Haimhrammi c. 14. 15.

2) Ib. c. 31.

3) Ib. c. 1.

4) Ita Sepp p. 221. 5) L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II, p. 84<sup>2</sup>,

n. 2.

6) V. Haimhrammi c. 4.

7) Ib. c. 3.

8) Ib. c. 5.

9) Ib. c. 7.

10) Ib. c. 5.

11) V. Haimhrammi c. 7.

12) Ib. c. 28.

De aevo Theotonis ducis viri docti minime inter se eon-  
sentiantur. Theoto ille, cuius idem auetor in V. Corbiniani  
c. 15. meminit, item gentem nove conversam rudemque adhuc  
in christianitatis religione regebat neque vero solus, sed totam  
provinciam cum filii quadrifariam divisam tenebat, e quibus  
Theodobertus, Grimoaldus, Theodoaldus, Tassilo nomi-  
nantur neque Lantperhtus. Merita eius de ecclesiis Baiu-  
variorum ritu romano reformandis nota sunt, scilicet ipsum  
ad sedem apostolieam a. 716. se contulisse<sup>1</sup> legatosque a papa  
ad Baiuvarios missos esse, quibus quod superest Capitulare<sup>2</sup> 10  
datum est. Ex hoc confirmatur complures tunc ducis pro-  
vinciae praefuisse eique christiana fide imbutae neque ecclesias  
defuisse neque sacerdotes, sed defuisse divisionem dioe-  
cesanam atque inter ministros ecclesiasticos fuisse canonice  
non ordinatos neque rectae fidei deditos, minime tolerandos, 15  
scilicet Scottorum sectae asseclas. Conversionem Baiuvariorum  
Theotone multo antiquorem esse vcl inde intellegitur,  
quod in actis synodi Aschaimensis a. 756.<sup>3</sup> ecclesiae distin-  
guuntur temporibus ‘priscorum antecessorum’ Tassilonis  
ducis fundatae ab iis, quae ipsius temporibus ortae essent, 20  
atque inter omnes constat, iam Columbani discipulos ea de  
causa inter Baiuvarios laborasse<sup>4</sup>. A Theotone illo ad aucto-  
ris aevum vix sexaginta anni lapsi erant, dum ex Haim-  
hrammi morte ad detectum locum Aschaimensem innumera-  
ut monui, annorum spatia numerantur. Uterque igitur Theoto, 25  
scilicet Haimhrammi et Corbiniani dux, et progenie et tem-  
porum intervallo distinguendi videntur esse et certe distincti  
sunt iam inde antiquitus. Arnoldus enim Diotoni, cui filii  
in regnum non successissent, alterum opposuit Theodonem,  
qui filios successores in regno habuisset, eundem, quo regnante 30  
Corbinianus Frisingam accessisset<sup>5</sup>. Cum igitur ne de duce  
quidem constet, quo sanctus vixerit, annus, cui a scriptoribus  
vetustioribus attributus est, intra duo saecula fluctuat, scilicet  
ex a. 652.<sup>6</sup> ad a. 706, dum qui novissimus historiam Baiu-  
variorum cum summa rerum peritia bonoque iudicio con- 35  
scripsit S. Riezler<sup>7</sup> usque ad a. 715/6. progréditur.

Licet ea quae in utriusque sancti Vita Arbo tradidcrit

1) Cf. Praefationem V. Corbiniani § I. 2) MG. LL. III, p. 451.  
 3) MG. Concilia II, 1, p. 57. Cf. Ratzinger, ‘Forschungen zur Bay-  
 rischen Gesch.’ p. 406. 4) Jonas p. 37. 5) SS. IV, p. 549. 6) Ita 40  
*inscriptio saec. XIV.* (*Semp* p. 245 n.) et *Series episc.* Ratisbon. saec. XIV  
*(SS. XIII,* p. 359); a. 680. Hugo Ratisbon. saec. XII. ex. (*Böhmer,*  
*Fontes rer. Germ.* III, p. 488), a. 706. Auct. Cremifan. saec. XIV.  
*in.* (*SS. IX,* p. 551). 7) ‘Gesch. Baierns’ I, p. 96.

ad unum eundemque Theotonem referri vix posse persuasum mihi sit, tamen non negem re vera unum solum huius nominis dueem Baiuvariis praefuisse, sicut post Blumbergerum<sup>1</sup> et Büdingerum<sup>2</sup> recentiores plerique statuerunt. Sane a Theotone illo saec. VIII. in. regnante series ducum in Libro confraternitatum monasterii S. Petri Salisburgensis<sup>3</sup> incipit neque ultra eum memoria Baiuvariorum excurrisse videtur, ut quae ante innumera annorum spatia gesta esse credebat huius ducis nomini ea coniungerent.

<sup>10</sup> \*Atque etiam inter corpus sancti Ratisbonam translatum <sup>v. 459.</sup> novumque sepulchrum cura Gavibaldi episcopi (c. a. 739—761) paratum multorum annorum<sup>4</sup> intervallum fuisse Arbeo statuit. His cacerimoniis qui tunc interfuerant presbyteri et diacones nonnulli eius aevo adhuc superstites crant. Miracula, quae <sup>15</sup> extremam libri partem (c. 36—47) occupant, auctor partim ipse oculis viderat, partim fidelium narratione didicerat<sup>5</sup> atque miraculis in primis iis quae in dioecesi Frisingensi contigerant, scilicet in villa Helfendorf alibi, ad vitam conscribendam cum commotum esse recte coniectasse mihi videtur <sup>20</sup> Bernardus Sepp<sup>6</sup>. Homines, qui virtutem sancti experti crant, in dioecesi Frisingensi habitabant ipsius Arbconis<sup>7</sup> temporibus aut Iosephi<sup>8</sup> successoris (a. 747—764). Ne in hac quidem parte scriptoris veracis laudes auctor ubique meritus est. Nam ultimum miraculum in ecclesia Helfendorfensi <sup>25</sup> patratum iam Suyskeno<sup>9</sup> suspicionem dedit, cum per annum puellam quandam sine alimento permansisse difficile creditu sit, fidesque debilitatur hominis tanta petulantia strictos veritatis limites transgressi. Magis probatur, quae maximam miraculorum partem (c. 37—43) occupat, artificis cuiusdam <sup>30</sup> historia a latronibus capti ac primo genti Francorum, deinde Thuringorum venundati. Qui in confinium Porathanorum aut Saxonum iam iactatus paganorum, ut erat operandi peritia instructus, cum aedificiis componendis, tum molendinis gratiam apud dominum suum sibi conciliavit, donec novis <sup>35</sup> nuptiis ad fugam coactus est. Fata miseri Arbeo ita enar-

1) Blumberger in ‘Jahrbücher der Literatur’, Vindobonae (1836) LXXIV, p. 174. 2) ‘SB. der philos.-hist. Classe der Wiener Akad.’ (1857) XXIII, p. 375. 3) Ed. MG. p. 26. 4) V. Haimrammi c. 35: Post multum vero temporibus (A). 5) Ib. c. 31. 47. Uterque locus e Gregorii dialogis de promptus est. 6) Anal. Boll. l. l. p. 243. 7) V. Haimrammi c. 36. 8) Ib. c. 44. 45. 9) AA. SS. Sept. VI, p. 485, n. u: ‘Verane, an ope daemonis facta haec fuerit tam diurna puellae inedia, non inquirō; sed qualiscumque ea fuerit, negare illam nequeo ob Aribonis scriptoris synchroni auctoritatem’.

*rans, sicut ab ipso ea acceperat, ad tempora illa condicioneque hominum parum certas, servorum denique sortem illustranda materiam pretiosum contulit neque quicquam in hac Vita rcpperi iucundius suaviusque lectu.*

*Opusculum suum Arbeo tam male dispositum, ut postquam mortem sancti c. 24. enarravit, ad eam c. 31. iterum redierit, ut sepulturam adiungeret. Formae indigestae accedit sermo tumidus atque incultus auctoris et theutonicae et romanae linguae rusticæ p̄criti<sup>1</sup>. Praeter parvum veritatis amorem alia vitia ipsum deformant haud pauca, scilicet animus vehemens atque ferox, sacvitiac libidinibusque deditus. Interim ne nimium severc iudicetur, obstat aevum barbarum gratiasque ei habent habebuntque semper Baiuvarii, qui primus inter ipsos litteras coluerit. Quae de vita atque passione sancti tradidit ea maximam partem credi nequeunt neque credita sunt, excogitata aut exaggerata ad loca Frisingensia celebranda Helfendorf et Aschheim. Uterque incultus aut in solitudinem redactus erat per annos innumeros aut multos sanctusque oblivioni ibi datus, donec nivium observabatur modestia. Ex illo tempore martyrium finisque eius rumor populi ad loca illa relata sunt cultumque ecclesia Helfendorfensis sedente Ermerto episcopo (a. 739—747) constructa synodusque Aschheimensis<sup>2</sup> a. 756. celebrata testantur. Longe igitur ante Arbeonem loca illa memoriae martyris sacra fuerant, sed conexum moribus offeris corruptisque dictatum ipsa invenit neque aliis. De martyrio Haimrammi nequaquam dubitandum est, sed inter saniores criticos<sup>3</sup> constat, rem scilicet longe aliter habuisse quam Arbeo eam enarraverit.*

p. 460. \*In Legc Baiuvariorum I, 10. poenae statutae sunt et eius qui episcopum occiderit et episcopi, qui culpam suscepit, atque intima necessitudo consensusque neminem fugiet, quo titulus ille cum martyrio Haimrammi coniunctus est<sup>4</sup>. Episcopi homicida auri solvat tantum, quantum tunica plumbea ad staturam necati facta pondus habuerit; episcopum vero rerum accusator occidere non audeat, sed ad regem vel ducem vel plebem eum deferat, et si convictus fuerit, secundum canones puniatur aut depositione aut exilio. Inter delicta, quorum episcopus damnandus erat, altero loco forniciatio enu-

1) Cf. Siegmund Riezler, 'Arbeo's Vita Corbiniani' l. l. p. 223. Vocabula et theutonica et romana Arbeo adhibuit; cf. c. 16. scuria = germ. 'scheuer', c. 36. testimonio = ital. 'testimoniare', gall. 'témoigner'. 2) Concilia II, 1, p. 58: in presente villa publica noncupante Aschheim. 3) Rettinger II, p. 189 sqq.; Sepp p. 219. 4) Cf. Merkels, LL. III, p. 228; Riezler I, 119; v. Schwind, 'N. Arch.' XXXIII, 684.

meratur et fortasse Haimhramus fornicationis aut reus aut suspectus actione nulla praemissa a parte laesa occisus erat. Lex autem Baiuvariorum medio saeculo VIII. litteris mandata est.

Vitam Haimhrammi editurus summo gaudio afficiar, quod vituperationem haud iniuste contra textus editos emissam facile removere poteram. Cum enim in utraque recensione et antea edita et ea quae cura Bernardi Sepp ut genuina nuper accessit sermonem Arbeonis rudem viri docti aequo desiderarent, inter schedas nostras codicem a G. Waitz b. m. collatum repperi, qui auctoris soloecismos quam maxime servans primigeniam libri formam raris exceptis loeis continere videbatur.

A 1) Codex Parisiensis n. 2990 A, saec. X, formac quadratae, olim collegii Soc. Iesu Claromontani, dcinde Thuaneus, Colbertinus n. 6482, Regius C. 4344. 5. 5. A, inter complures diversae originis fasciculos fol. 46'—78, scilicet in quaternionibus 7—11 olim separatim extantibus, Vitam vel passionem Haimhrammi<sup>1</sup> continet initio mutilam, cum foliis excisis textus a verbis c. 3: contrastatus valde incipiat iterumque hiet a verbis: antiquum hostem (c. 8) ad: magis deberent (c. 9). Extrema folia duo antiphonae vel responsoria de Haimhrammo occupant in appendice SS. rerum Merov. IV, p. 524sqq., edita.

A 2) Codex Audomarensis n. 715, saec. XII, volumen II, olim ‘ecclesiae S. Audomari’, fol. 92'—98, XXVIII. Passionem Haimhrammi continet, cui sicut codici in sequenti fere dimidia pars medio in versu deest a verbis c. 28: et sic in posteris ad c. 46: gloriae in illo, cumque liber olim lateret, schedas tantum Bollandianorum adhibere potui officiose comodatas, sed interim textus erutus et a W. Levison sodali meo diligenter collatus est, ita ut quae irrepserant menda haud ita multa emendari possent.

A 2a) Codex Audomarensis n. 716, vol. V, saec. XIII, fol. 11'—15', eodem loco hiat atque anterior neque vero eadem auctoritate fruitur, nam multa licenter immutata locutio nonnulli omnino retractati sunt, falsosque verborum exitus librarius corredit, vocabula interpolavit, nonnulla solus omisit (c. 24), brevi peculiaribus lectionibus abundat atque grammaticam corrigens haud raro cum A 4a convenit.

A 3) Codex Fuldensis, a Georgio Wicelio<sup>2</sup> adhibitus,

1) Catalogus codd. hagiogr. bibl. Paris. auct. sociis Bollandianis I, p. 227. 2) Is in opere quod inscripsit: ‘Chorus sanctorum omnium

deinde collegii Soc. Iesu, tum facta permutatione in Museum Bollandianorum Antverpiense translatus ibique signatus Q. Ms. 6, sacc. IX. vel. X, formae magnae, hodie latet, postquam a Suyskeno in AA. SS. adhibitus est, sed liberalitate A. Pon-  
celet S. I. amici mei, qui semper studiorum nostrorum fautor  
crat, apographon codicis e Museo Bollandianorum erutum  
adhibere potui, cui discrepantiae lectionum codicum et A 2  
et A 4a manibus aliis illatae erant. Verborum ordo turbatus  
in A 4a haud raro praetermissus est, dum in A 2 vel eius-  
modi diversitas saepe observatur.

A 3a) Codex Cremisanensis n. 7, saec. XII, fol. 166'  
—189', quamvis similis sit A 3, tamen A 3. 4a haud raro  
superat, ex exemplari ortus, quod ab eorum consortio multo  
ante discesserat, quare nonnumquam solus cum A 1 convenit,  
immo hunc egregium librum rarissime superat, sermonem rusticum servans, veluti c. 39. studivit pro studiis tradidit.  
In exemplari, ex quo codex pendet, forma litterae a aperta  
cum ic commutari poterat, nam librarius c. 42. pro vertice  
scripsit vertae. Desinit haud multo post in verbis transmisso  
amnis flu, foliis deperditis.

A 4a) Codex bibliothecae seminarii Treverici n. 35  
(R. n. I, 11), saec. XIII, olim S. Maximini, legendarii magni  
tomus Septembrem mensem continens, fol. 100'—109.

A 4b) Codex Parisiensis n. 5308, saec. XII, olim  
Chesnii, deinde Colberti (n. 18), tum Regius C. 3593, fol. 81  
—87', praecedenti admodum cognatus est. Huius libri apographon a Luca Acherio accepérat Cointius, unde frustula pendent in Annalibus ecclesiasticis III, p. 254 sqq. publici iuris facta.

A 5) Codex Parisiensis lat. n. 12612, olim Corbeiensis,  
dcinde Sangermanensis (n. 469, deinde 503), saec. XIII,  
fol. 31' — 35', Passionem Hamirammi(!) ad verba \*c. 19:  
praeoccupare faciem Domini dum videretur, admodum interpolata exhibet atque folio exciso locus c. 2—5. desideratur<sup>1</sup>.

Ax) Codex Londiniensis Musci Britannici Arundel. 35  
n. 91, saec. XII, fol. 13'—16, praescr.: Incipit passio sancti Avitramni (sic) episcopi, X. Kal. Octobris, inc.: Post passionem domini nostri Iesu Christi longe lateque fragrando,  
desinit c. 24. in ipsa morte: Eo mortuo ita cunctos pavor

Zwelf Bücher Historien Aller Heiligen Gottes', Coloniae 1554, X, 17, 40  
p. 535—539, Haimrammi passionem enarrans codicem satis antiquum  
citavit 'Ex Bibliotheca Fulden'.

1) Catalogus codd. hagiogr. Paris. auct. Bollandianis III, p. 163.

invasit, ut vix tanti viri corpus in plastrum sullevare auderent. Passus est autem sanctus Avitramnus decimo Kal. Octobris, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria per omnia saecula saeculorum. Amen. Explicit <sup>5</sup> passio sancti Avitramni episcopi. *Passionis huius auctor codicem recensionis A eumque melioris notae, scilicet similem A 2a<sup>1</sup>, retractavit atque in breve coegit, in quo sermo rusticus haud raro sublatus erat:*

- e. 15. quaerendi] quae siturus *A 2a. x,*  
<sup>10</sup> ib. eum (scil. consilium)] *A 1. 2;* illud *A 3. 4a;* id *A 2a. x.*

*Nomen sancti ita depravatum (Avitramnus), sicut in hoc libro legitur, in apographa quaedam Usuardina irrepit<sup>2</sup>.*

*B 1) Codex Wirziburgensis Mp. th. q. 23, saec. IX.*  
<sup>15</sup> *in., formae octavae, fol. 38, totus Haimhrammo dicatus praeter Vitam hymnos m. s. XI. exaratos continet, qui fol. 1. et maximam fol. 38. partem iam oeeupant, dum fol. 37. adhuc vacat. Folium 33. inter 36. et 38. transponas. Textum librarius ipse ad exemplar emendavit. Codici a muribus 20 arroso syllabae atque verba singula desunt.*

*B 2a) Codex Vaticanus bibliothecae Palatinae n. 846, saec. X, fol. 2'—9'.*

*B 2b) Codex Sangallensis n. 556; saec. XI, p. 4—50, Vitam continet, quam eadem manu scripti versus hi excipiunt:*

<sup>25</sup> *Quisque legas hominum, mentem tractando revolve,  
 Quid sis, quid fueras quidque manere queas.  
 Hoc opus ad vestrum scripsi devotus honorem  
 Nec mihi quid melius quam pietatis amor.*

*B 2b\*) Codex Turicensis bibliothecae cantonalis n. 5,  
<sup>30</sup> saec. XII, olim Rhenangiensis, p. 169—178, cui capita 36—46. desunt, ex libro praeceidente pendere videtur, nam quae in hoc eraea sunt vocabula c. 12. ac vi ipsa praetermisit.  
 Etsi iam p. 168 ex. adnotata sunt: Prologus in passionem sancti Emmerammi episcopi et martyris, tamen aliena subsequuntur (inc. Sudarium capitis Domini) textusque noster demum p. 169. a nova praescriptione incipit.*

*B 2c) Codex Einsidlensis n. 261, saec. XI, p. 1—78. Vitam, p. 79. orationes eadem manu exaratas exhibet has:  
 Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulae tuae  
<sup>40</sup> Wieburgae et dirige eam secundum tuam clementiam in*

1) Cap. 15. patere] *A 1;* pati *A x cum A 2a;* facere te *A 3. 4a;* om. *A 2;* c. 5. coenubiis] omnibus add. *A 2. 2a. x;* cunctis add. *B. 2)* AA. SS. Sept. VI, p. 471.

viam salutis aeternae, ut, te donante, tibi placita cupiat et tota virtute perficiat. Per Dominum.

Omnipotens sempiterne Deus, misericordiam tuam suppliciter exoramus, ut famulam tuam Wicburgam cum omnibus sibi commissis magnae pietatis tuae protectione custodias et ab omnibus mundi huius periculis sempiterna provisione tueris<sup>a</sup>, ut<sup>b</sup> gratiae tuae munere defensae semper caelestibus iocundentur. Per Dominum<sup>c</sup>.

*Wicburgam librarii munere functam esse abbatissam monasterii S. Benedicti superioris ('Öbermünster') Ratisbonensis, post a. 1029. mortuam, perspexit B. Sepp<sup>1</sup>. Sequitur p. 81 — 132. Vita II. Corbiniani (nobis 4).*

*B 2d) Codex Bruxellensis n. 428—442, saec. XV, olim monasterii S. Martini maioris Coloniensis<sup>2</sup>, fol. 58'—66'.*

*B 3) Codex Monacensis lat. n. 9516 (Ob.-Alt. 16),<sup>15</sup> saec. XI/XII, fol. 86—99', V. Haimhrammi post Vitam II. Corbiniani (fol. 71—86) exhibet (nobis 7), scilicet textum libris B 3 a. b similem, neque vero omnia eorum menda in hoc redeunt, qui etiam cum B 2c convenit (cf. c. 45. agere possent] agerent B 3 cum B 2c) nonnullaque habet peculiaria, veluti vocabula singula haud raro omisit. Item in fine a reliquis discrepans ita desinit: mereamur imitari, prestante domino Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in secula seculorum. Amen. Subscriptio deest.*

*B 3a) Codex Monacensis lat. 19162 (Teg. 1162) e<sup>25</sup> compluribus fasciculis compactus, fol. 73—95. V. Haimhrammi saec. X. scriptam continet. Textus postea ad \*exemplar quoddam collatus sermoque barbarus passim correctus est, librariis aut lectoribus pluribus sibi succendentibus. Capita initio distincta sunt.*

*B 3b) Codex Monacensis n. 4618 (Bened. 118), saec. XII, fol. 47—64', miraculum ad artificem spectans Thuringis venumdatum totum praetermisit, transiliens a verbis c. 37: quod a quodam ad c. 44: (animo reddit), quod. In subscriptione auctor libri Cyrius Ratisbonensi civitati episcopus attributus est temere: Explicit vita vel passio sanctissimi martyris Christi Hemmerammi episcopi, (eu? cras.) ius festivitas colitur X. K. Octobris. Cyrius episcopus Ratis-*

a) m. al. corr. tuearis c.      b) in litura m. al. scr. c.      c) nostrum Iesum Christum m. al. add. c., sed vide supra l. 2.

1) L. l. p. 212.    2) Catalogus codd. hagiogr. Bruxell. auctoriibus Bollandianis I, p. 236.

bonae civitatis scrispsit passionem sancti Hemmerammi episcopi et martyris.

B 4) *Codex Berolinensis Lat. n. 790 (Ms. theolog. lat. Fol. 267), saec. XII, olim monasterii Springirsbacensis (dioec. Trevericæ), fol. 38—45<sup>1</sup>.*

B 5) *Codex Monacensis n. 9536 (Ob.-Alt. 36), saec. XII, fol. 109—115<sup>2</sup>, textum B valde retractatum exhibet, praescr. m. al.: Passio sancti Emmerammi martyris Christi, inc.: In perpetuum r. d. n. I. Chr., qui precioso sang. suo mundum r. d. est, post cuius passionem predicatione apostolorum longe lateque mundus fidei rudimentis imbutus est, — Sed ea que dictata conscripsimus ob reverentiam patroni nostri beatissimi martyris Hemmerammi pio l. d. ipsumque supplici devotaque prece exoramus, ut huius materie auctori Cirino subveniat p. et q. s.*

B 6) *Codex Monastriensis n. 214, vol. IV (n. 23), olim legendarii magni Bodecensis volumen IX, saec. XV, fol. 121—128 praescr.: Vita et passio sancti Emmerammi episcopi, edita a Cyrino episcopo, cuius festum celebratur decimo Kalendas Octobris, inc.: In nomine domini nostri Iesu Christi, qui precioso sang., textum omnino retractatum continet duaeque recensiones inter se commistac sunt, cxxm pluri B cx A amplificato.*

*Ex tot libris unum A 1 barbariem Arbeonis propriam postcris servasse, comparato textu V. Corbiniani genuino, pro certo habetur, recensensque singulatim quac in codice illo contra leges grammaticas peccata sunt, similitudines alterius Vitæ olim adnotaveram, ut auctoris consuetudo confirmaretur. Neque vero omnes qui in A 1 deprehenduntur soloecismi in V. Corbiniani redcunt, cuius textus in tanta codicum penuria adhuc emendandus est, iterumque alterius operis codicem omnibus numeris perfectum minimè esse vix moneri necesse est. Attamen subsidiis novis reportis rudem atque perplexum auctoris sermonem adhuc melius intellegi licet.*

nensem fuisse contendit, id quod iam F. W. Rettberg, 'Kirchengesch.

Deutschlands' II, p. 281. displicuit.

9) Greg., H. Fr. X, 3; Paulus,

H. Lang. III, 31.

vis illa removretur, Langobardis tunc subdita erant<sup>1</sup>, etsi sub  
rem publicam redire vehementer desiderabant, eoque impera-  
torem episcopi sibi conciliare studebant, quod alias minabantur  
civis se defunctis ordinationes a Galliarum 'archiepiscopis'  
petituros esse neque a metropolitano Aquileiensi, commemo-  
rantes ea quae sub Iustiniano gesta esse supra dixi. Sug-  
gestioni illi primo loco Ingenuinus episcopus s. ecclesiae se-  
cundae Raetiae<sup>2</sup> subscrisit, quem Sabionensem fuisse con-  
stat<sup>3</sup>, neque facile explicari potest, qua de causa Raetiam II,  
scilicet Vindeliciam<sup>4</sup>, pro Raetia I. scripscrit, ad quam civitas  
eius re vera pertinebat; nisi forte Vindelia amissa nomen  
secundae Raetiac in partem primae transiit Tirolensem, id  
quod acute coniecit C. Planta<sup>5</sup>. Eam vero quam Ingenuinus  
una cum episcopis Venetis optaverat dominationem ei videre  
non licuit, nam Langobardis iterum barbari successerunt.

Bauvarii, qui Suavis ab oriente finitimi iam Iordanے  
teste erant<sup>6</sup>, scilicet medio saeculo VI, codem exente ad  
meridiem versus progressi in Sclavorum provinciam irruerunt,  
sed res adversas subierunt<sup>7</sup>, antequam hostibus pulsis finibus  
illis potiri valebant. Bauzanum et reliqua castella occupa-  
verunt, eisque comes Bauvariorum praeerat, quocum c. a. 680.  
Alahis dux Langobardorum in Tridentina civitate constitutus  
conflixit<sup>8</sup>.

Quamvis Breones Bauvariorum dicioni iam subditi  
essent, tamen viri eorum nobiles originis Romanae minime  
obliti sunt. Dominicus ille 'Preonensium plebis concivis'<sup>9</sup>  
et genere et forma Romanus erat, cumque idem in Vallenen-  
sium partibus occurisset Frisingensibus, \*scilicet in Aeni  
valle, castrum Brionas vix alibi atque ad eundem fluvium  
quaerendum est. Brcones constitutionis Romanae memoriam  
etiam saec. VIII. retinebant<sup>10</sup>, sed nobiles illi possessores

1) Ep. Mauricii ad Gregorium I. a. 591, MG. Ep. I, p. 22. Cf. W. Meyer, 'Die Spaltung des Patriarchats Aquileja' ('Abh. d. Ges. d. Wissensch. z. Göttingen, phil.-hist. Klasse, N.F.' II, 6, 1898, p. 7). 2) Veram  
lectionem iterum e codice eruit Th. Mommsen l. c. p. 191. 3) Paulus, H. Langob. III, 26, 31. 4) Eugippii V. Severini c. 15; cf. H. Kiepert, 'Lehrbuch der alten Geogr.' p. 367. 5) C. Planta, 'Das alte Rätien' p. 236, 246; G. Strakosch. Grassmann l. l. p. 264; J. Egger, 'Die Bar-  
bareneinfälle in die Provinz Rätien' l. c. p. 367. 6) Iordanes, Getica  
c. 55 (Auct. antiqu. V, p. 180, 18). Locus ad Cassiodori aerum spectat  
monente Mommsenio (l. l. p. XXXIII) neque cum Baumann ('Forsch.  
z. deutsch. Gesch.' XVI, p. 239 sq.) pro interpolatione habendus est.  
7) Paulus, H. Lang. IV, 10, 39. 8) Ib. V, 36. 9) Arbeo, V. Cor-  
biniani c. 37. 10) Cf. C. Hegel, 'Gesch. der Städteverfassung von  
Italien', Lipsiae 1847, II, p. 127, 185 n.; J. Jung, 'Roemer und Romanen  
in den Donauländern', Oeniponti 1877, p. 157.

Romani, qui certe non restabant nisi rari<sup>1</sup>, traditionem Romanam cum institutis Germanicis procul dubio copulaverant. Anno 827/8. Quarti[nus], cuius ad gentem fortasse spectat lapis sepulchralis Latinus Aureliac Rufinae matris Aelii  
 5 Quarti[ni] repertus prope Mauls<sup>2</sup>, 'nationis Noricorum et Pregnariorum' (i. e. Breonorum) una cum matre Clauza, i. e. Claudia, praedia 'ad Wipitina in castello' (i. e. Sterzing) et ad Bauzanum una cum manciipiis Urso, Secundina, Mora, Marcellina, Tata monasterio 'ad Inticha, quod dicitur Campo  
 10 Gelau' (hodie Innichen) dono dedit confirmavitque<sup>3</sup>. Fines linguae Romanae in his regionibus Alpinis ultra saeculum IX. latius patuerunt quam hodie atque in pago Venustico lingua forensis vel saec. XIV. Romana erat<sup>4</sup>, quam procuratores etiam tunc intellexerunt, neque in superiore valle  
 15 Venustica linguae Romanae nostra successissimae dicitur nisi saec. XVIII<sup>5</sup>.

In locum Breonum nomen Innetinorum sive Vallenensis<sup>6</sup>, i. e. incolarum vallis Aeni, postea successisse videtur et certe actores Innetinae a Venusticae vallis<sup>7</sup> Baiuvarii  
 20 distinxerunt, utque Breonibus castrum Brionas praesidio fuerat, ita Maiense castrum<sup>8</sup> in Venustica valle situm fines Baiuvariorum tuebatur, qui suos custodes ibi disposuerant. Cum nihilominus Langobardi castro postea potiti essent<sup>9</sup>, portam urbis custodes eorum iam servabant<sup>10</sup>, itaque 'caput  
 25 Italiae' promotum erat<sup>7</sup>. Erat autem in eodem castro oratorium<sup>11</sup> sive ecclesia<sup>12</sup> beati Valentini confessoris, cuius corpus ibi sepultum erat<sup>13</sup>, atque patrimonium Valentini Zenonis patrocinio fruebatur protectoris urbis Veronensis patronique in inundationibus invocati. Castrum cum ecclesia  
 30 in praecipiti loco positum erat, praeterfluente Passere amne<sup>14</sup>, ponteque transito, abrupta saxa montis una cum cavernis conspicibunt, quibus solis hoc latere ascendi poterat. Scopuli igitur ingentes huic urbi formam dedecrunt.

1) M. Büdinger, 'Oesterreichische Gesch.', Lipsiae 1858, I, p. 93;

35 J. Jung l. l. p. 218. 2) Cf. Zoller l. c. p. 7; Jäger l. l. p. 404, n.; C. I. L. V, 1, n. 5083. 3) Cf. Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising' I, p. 472; p. 62. 4) de Ottenthal, 'Die deutsch-romanesche Sprachgrenze im Vinstgau zu Ende des 14. Jahrh.' ('Mitt. d. Inst. f. österreich. Geschichtsforsch.' II, p. 112 sqq.). In reliquias

40 nationis Romanae inter Baiuvarios dispersae diligenter inquisivit G. Strakosch - Grassmann l. l. I, p. 385 sqq. De nominibus locorum Romanis linguaeque eiusdem vestigiis in valle Venustica deprehensis disseruit J. Egger l. c. p. 92. 5) v. Hormayr, 'Werke' I, p. 309.

45 6) A. Jäger, l. l. p. 432, n. 241. 7) Arbeo, V. Corbiniani c. 15. 8) Ib. c. 23. 30. 43. 9) Ib. c. 33. 10) Ib. c. 37. 11) Ib. c. 25.  
 12) Ib. c. 38. 43. 13) Ib. c. 23. 14) Ib. c. 40.

Castrum Maiense Venusticae vallis, quod a Magia vico Curiensi differt, ad quem Mommsenius lapidem in valle Venustica repertum rettulit, sicut Breonense itu et ipsum tam funditus sublatum est, ut vel de eius situ dubitari liceat. Alii<sup>1</sup> enim illud in dextera Passeris ripa ibi stetisse credunt, ubi oppidum Meran hodie cernitur, alii<sup>2</sup> in sinistra ripa, ubi hodie vicus Obermais extat ad Naif rivum situs, atque inter p. 504. utramque \*partem certamen non incruentum exortum est. Mihi quidem res se ita habere videtur, ut natura locorum, cursus Passeris amnis praeterfluentis, abrupta ripa, locus in confinio situs Cainina, hodie Kains vel Kuens<sup>3</sup>, magis ad regionem Meran spectare videantur, dum nomen ipsum vico Mais suffragatur. Certe praedium ecclesiae Frisingensis Mais, a. 931. ‘Meies’ scriptum<sup>4</sup>, ad castrum illud revocandum est, itemque Conradus sacrista a. 1187. castrum ‘Mäise’ appellavit<sup>5</sup>, quod paulo ante more vetustiore ‘Mages’ scriptum est<sup>6</sup>. Ecclesia ‘ad Maies’ sanctae Mariae sacra erat<sup>7</sup>, et sicut Tridenti ita ‘Maii’ mercatus habebatur<sup>8</sup>. Zenonis vero patrocinium alteri ripae magis favere videtur, in qua prope Meran mons Zenonis situs est, iam Zenoburg<sup>9</sup>, nullusque olim de altero loco cogitavit. Bartholomeus Tridentinus monachus ordinis fratrum Praedicatorum, qui c. a. 1244. Librum epilogorum in gesta sanctorum edidit, Valentini sepulchrum his verbis descriptis<sup>10</sup> (c. 65): Fuit et tertius Valentinus episcopus, qui in ecclesia Zenonis, que sita est in monticulo super flumen Passere inter castrum Tyrolensi et villa Mays, cum sancto Corbiniano Frisingensi (ifligensi c.) episcopo sepultus fuit, eique testimonia Viti Arnpeckii et Iohannis Freiburger

1) Dr. David Schönherr, ‘Über die Lage der angeblich verschütteten Römerstadt Maja’, Oeniponti 1873; C. Stampfer, ‘Geschichte der Stadtmauern von Meran’ (‘Programm des k. k. Ober-Gymnasiums in Meran’), Meranii 1888, et ‘Geschichte von Meran der alten Hauptstadt des Landes Tirol’, Oeniponti 1889. 2) Post Roschmann l. l. Dr. B. Mazegger, ‘Römer-Funde in Obermais bei Meran und die alte Maja-Veste’, Merani 1887, p.23, et ‘Die Geschichte der Stadtmauern von Meran, Prof. Cölestin Stampfer und die Maja-Frage’, Oeniponti 1889. 3) Arbeo, V. Corbiniani c. 23. 25. Ipsi regioni Maiensi locum Caininam demum attribuit interpolator V. Corbiniani B c. 27 (sed cf. c. 19), quo C. Stampfer, ‘Gesch. der Stadtmauern von Meran’ l. l. p. 7. institut. 4) MG. Dipl. I, p. 64. 5) SS. XXIV, p. 320. 6) Miles quidam praedium Mages a. 1140/7. ecclesiae Brixinensi tradidit; cf. O. Redlich, Acta Tirolensis, Oeniponti 1886, I, p. 159. 7) Charta a. 1237; v. Voltolini, Acta Tirolensis II, p. 426. 8) Charta a. 1236; ib. p. 106. 9) C. Stampfer, ‘Geschichte von Meran der alten Hauptstadt des Landes Tirol’, Oeniponti 1889, p. 340. 10) Leitolf, Bartholomeus Tridentinus (‘Theologische Quartalschrift, Tübingen 1881’, LXIII, p. 469).

accedunt, de quibus *infra* disserendum est. *Utraque opinio fortasse ita inter se concilianda est, ut statuas castrum Maiense in utramque Passeris ripam se extendisse et etiam Meran vicum inclusisse*<sup>1</sup>, qui a. 857. appellatur ‘*Mairania*’<sup>2</sup>, *‘in valle Tridentina’* situs.

Venostes ad dioecesim Tridentinam antiquitus pertinuisse etiam inde concludi licet, quod Victor II. praeses Curiensis saec. VIII. in lapidibus sepulchralibus componendis marmor afferri iussit modo ‘de Triento’, modo ‘de Venostes’<sup>3</sup>, quae nomina eundem locum significare videntur. Episcopus autem Tridentinus metropolitano Aquileiensi subditus erat. Episcopatus Tridentinus usque ad locum Forst supra Marling vicum situm protendebatur, finesque eius Athesin transgressi iuxta Passerem ita porrigebantur, ut paroecias et Mais et arcis Tirol includerent, quae cum Teriolis castello convenire videtur, cui et praefectus legionis III. Italicae transvectioni specierum deputatae et tribunus \*gentis per Raetias deputatae p. 505. in Notitia dignitatum<sup>4</sup> attributi sunt. Iura vero capituli Tridentini episcopus Curiensis in controversiam vocavit<sup>5</sup>, sicut iam olim Francorum episcopi in hanc regionem penetraverant, piique homines eidem subveniebant, prædia sua ibidem sita ei tradentes.

#### IV. Pildrudis ducissae insidia.

Corbinianus Frigisingam in palatium deductus omnia quae secum ferebat in castro Maiensi reliquit partemque tantum

- 1) Ita A. Huber, ‘Beiträge zur älteren Geschichte Oesterreichs’ (‘*Mitth. des Instituts für Österr. Geschichtsforsch.*’ II, p. 370). Etiam K. Atz, ‘Über die römischen Strassen-Castelle und Standlager in Tirol l. l. p. LXX, de Maia disserens duo castra ad ripas Passeris sita fuisse statuit minusque Meranii ad radicem montis Zenonis extitisse, sed V. Valentini citavit dubiae fidei. De ruinis Romanis quae in hac regione supersunt novissime disputans Paul Clemen, ‘Tyrolier Burgen’ (‘*Mitth. der k. k. Central-Commission zur Erforschung und Erhaltung der Kunstu. hist. Denkmale*’, Vindobonae 1893, XIX, N. F. p. 17sqq.), etiam ante Romanorum tempora castra prope Meranium in monte Kuchelberg fuisse exposuit recteque monuit totam illam regionem Maiae nomine appellatam esse, quem secutus P. H. Scheffel, ‘Die Brennerstrasse zur Römerzeit’, Berolini 1912, p. 16, Meranium anteposuit. 2) A. Eichhorn, Episcopatus Curiensis in Rhaetia, 1797, p. 19; cf. J. Ladurner, ‘Ursprung, Namen und Wappen der Stadt Meran’ (‘*Archiv f. Gesch. u. Alterthumskunde Tirols*’, Oeniponti 1864, I, p. 311); Mühlbacher, ‘Karoling. Reg.’ I, n. 1427<sup>2</sup>. 3) Th. Mommsen, *Inscriptiones conf. Helveticae Latinae* (‘*Mitth. der antiquarischen Gesellschaft in Zürich*’ X, p. 106, n. 26sq.). Cf. A. Eichhorn, Episcopatus Curiensis p. 18.
- 4) Ed. O. Seeck p. 200sq. 5) Hans de Voltelini, ‘Beiträge zur Gesch. Tirols’ (‘*Zeitschrift des Ferdinandeums für Tirol und Vorarlberg*’), Oeniponti 1889, p. 18.

comitatus sibi assumpsit<sup>1</sup>, eo redire vehementer cupiens, neque enim conversatio aulica ei placere poterat.

Grimoaldus dux viduam fratris sui in matrimonium duxerat, licet talis coniunctio pro incesta haberetur<sup>2</sup>, qualem etiam Gregorius II. papa legatis suis in Baiuvariam euntibus scribens a. 716. interdixerat. Pilidrud genere praeclara genitricem suam ex Galliis secuta erat, cumque et forma decora esset et ingenio abundaret, Theodoaldo marito<sup>3</sup> defuncto, mox alterius ducis favorem sibi conciliaverat. Corbinianus autem faciem Grimoaldi ducis videre noluit, priusquam coniugem suam dimisisset<sup>4</sup>, aequa ac Columbanus olim adulterinas Theuderici regis permissiones ita abhorruerat, ut nec in regias domus devertere voluisse<sup>5</sup>. Per 40 dies ibi retentus, cum nihil effecisset, recessit, comitibus relictis, qui excedentes cottidie admonere non cessarent, ut ad divertium consentirent. Tandem ad promissionem sese separandi perducti paenitentiam cegerunt et tunc demum Corbinianus commune cum eis in palatio sumpsit convivium. Similiter Iudacaile rex Brittanorum cum Dagoberto quondam ad prandium discubere noluerat, 'eo quod esset religiosus et timens Deum valde'<sup>6</sup>.

Loci illius amoeni, cuius supra meminimus, Corbinianus recordatus ducem paenitentiam agentem facile commovit, ut vicum Caininam a possessoribus iusto pretio dato sibi emeret, atque rerum futurarum providus in regione castri Maiensis habitaculum construxit, oratorium moenibus cinxit, suscipiens praeterea curam patrimonii Valentini sibi iniunctam in monte Zenonis siti, quo imminentibus periculis se recipere posset.

Morum enim immanitas necessitudinem cum duce intercedentem facile perturbare poterat. Grimoaldus prandium comedens panem signo crucis munitum dilecto cani suo proiecit, quod Corbinianus conspiciens, indignatione commotus, tripedem dextra pede subvertit, ut argentea vasa per pavimenta cenaculi volverentur, iterumque communem cibum cum duce sumere recusavit. Pilidrud separati matrimonii non immemor invidiae somitem eo magis accendebat, immo Corbiniano necem iam parare studebat, iramque eius depingens Arbeo verba eam fecisse narravit haec: 'Hoc ob principis de-

1) Arbeo, V. Corbiniani c. 23. 2) E. gr. Conc. Aurelian. a. 511, c. 18: Ne superstis frater torum defuncti fratris ascendant. 3) Si Waltrat Theodoaldi nomini in Libro Confraternitatum eccl. S. Petri Salisburgensis addita (MG. Necrologia II, 26) uxor eius fuerit, id quod verisimile est, Pilidruth alteram uxorem eidem successisse opus sit, sed mirabile est eam cum Grimoaldo illos coniuges ibi praecedere. 4) V. Corbiniani c. 24. 5) Jonas, V. Columbani I, 19. 6) Fredeg. IV, 78.

spectrum egisse episcopum Brittanorum origine ortum<sup>1</sup>, quibus veram patroni sui condicionem praeterea anxie celatam temere reculavit. Brittonibus venientibus vel falsis sacerdotibus haereticis aevo Bonifatii clerus partis Romanae bellum 5 indixerat<sup>2</sup> atque Corbinianum ad illos pertinuisse, ut iam ante divinare licuit, ita genuinus Arbeonis textus hoc \*loco p. 506. manifesto aperuit. Satisfactione accepta episcopus mitigatus communi mensae iterum intererat.

Habebat quidem Corbinianus Arbeone teste (c. 27) in villa publica Frisingensi 'domum propriam', scilicet episcopalem S. Mariae dicatam, sed eum clero suo cotidie montem vicinum ad occidentem castri illius situm frequentabat, ut in S. Stephani oratorio (hodie Weihenstephan) matutinas laudes celebraret, eundemque locum secretiorcm mox ad habitandum 15 sibi elegit, miraculis quibusdam commotus. Voces enim psaluentium luminaque ex fenestris tectoque ecclesiae radiantia, odor incredibilis suavitatis ut alibi ita hic famae loci servierunt, ut iam exigua domus ad manendum iussu Corbiniani ibi construeretur, qui ministris laborantibus subveniens vel 20 fontem baculo suo e monte elicuisse dicitur<sup>3</sup> exemplo Moysis (Num. 20, 11). Quare qui hodie adest fons 'Korbiniansbriindl' appellatur.

Cella igitur Corbinianus, in qua more Scottorum cum ministris suis degbat, montem propinquum prope oratorium 25 S. Stephani occupabat, ibique multo post celeberrimum monasterium Weihenstephanense ad regulam S. Benedicti conditum est. Ecclesia autem maior Mariae sacra in ipso quo castrum situm erat monte altero orientem versus stabat<sup>4</sup>, ibique etiam Grimoaldus dux cum Pilidrude habitabat, quorum filius 30 iuvenis aegrotans per mulierem rusticam carmine nefando praeстиgiisque saluti redditus erat. Corbinianus ad vespertinas laudes persolvendas ad Mariae ecclesiam in castrum versus pergebat, cum in mulierem illam incidit maleficiis ei iam antea suspectam, ipsamque viri comitabantur carnibus onusti 35 vivumque animal deducentes, munera scilicet, quibus in palatio affecta erat. Iam furore commotus ex equo prosiluit, anumque propriis manibus cædens, cuncta quae ei data erant pauperibus ad portam divisit neque urbem introiit, sed domum reversus perfidiam ducissae deslebat. Haec vero cum cruentata mulieris faciem vidisset, vitae episcopi non adeo politi

1) Arbeo, V. Corbiniani c. 26. 2) Epistula Gregorii III. papæ episcopis Baiuvariae et Alamanniae missa c. a. 738; ed. Tangl p. 71.  
3) V. Corbiniani c. 28. 4) Situm locorum tabula exhibet picta apud M. Merian, Topographia Bavariae, 1644, ad p. 15.

*veneno insidiari conabatur neque vero maritum de illo consilio certiorem fecit, sed vicario vel subactori, qui Nino<sup>1</sup> appellatur, procul dubio alteri iudici Frisingensi, post comitem locum tenenti, clam paecepit<sup>2</sup>, ut collectis famulis episcopum interimeret, quando ex eadem villa recessissent.*

Reecdentibus autem ad aliam villam montemque S. Stephani praetereuntibus, quidam c. comitatu cum Ermberto Corbiniani fratre congressus insidias prodidit, episcopum scilicet eadem nocte a vicario interemptum iri, fraterque in montem reversus eum monuit, quare intempesta nocte ad aliam villam equo vehebatur. Adversarii domum Corbiniani crepusculo circumdantes, cum eam vacuan reperrissent, cuncta everterunt. Episcopus in castrum Maiense cum clero suo se contulcrat, quod Langobardi tunc tenebant, ducissae renuntians, ipsam cum suis in foveam ruituram esse, quam sibi paravisset. Grimoaldus, cum uxoris insidias audisset<sup>3</sup>, illum revocare nitebatur, sed is periculo mortis denuo se offerre nolebat.

Mox rcs adversae adeo in domum Grimoaldi ducis inguebant, ut nemo ex ea remanserit. Puer carus, cui mulier rustica diaboli artibus subvenerat, finem vivendi fecit; dux ipse ab insidiatoribus interemptus est. Pilidrud uxor eius Carolum principem a. 725. in Gallias secuta est victorem e finibus Baiuvariorum reversum<sup>4</sup>, eaque postea propriis facultatibus exuta egena in Italia diem supremum obiit. Tota eorum progenies pulchritudine formae insignis regno privata periit et vel vicarius ille ignominioso fine extinctus est<sup>5</sup>, quo adiutore mulier usa erat.

p. 507.

\*V. Hucpertii ducis auspicia.  
Corbiniani mors et sepultura.

Grimoaldo defuncto successit Hucpertus dux, filius Theodeberti<sup>6</sup> fratris illius neposque Theodonis, atque post Theodonem et Theodebertum in Libro confraternitatum vetustiore monasterii S. Petri Salisburgensis<sup>7</sup> Grimoaldus praecedit Theodoaldum, qui certe ante illum mortuus erat, hoc ordine disposito: Theoto, Theotperht, Crimolt, Theodolt, Tassilo, Hucperht. Theodebertum Paulus<sup>8</sup> ante Theodonem collocare

1) Vide ea quae de eo nomine ad c. 29. adnotavi. 2) Arbeo, V. Corbiniani c. 29. 3) Ib. c. 30. 4) Fredeg. cont. c. 12. 5) Arbeo, V. Corbiniani c. 31. 6) Notitia Arnonis, ed. W. Haithaler, 40 'Salzburger Urkundenbuch' I, Salisburgi 1910, p. 6. 7) MG. Necrologia Germaniae, ed. S. Herzberg-Fränel II, p. 26. 8) Hist. Langob. VI, 21. 35. 43 et 44.

videtur, unde quidam<sup>1</sup> ad coniecturas temerarias confugerunt, regnumque eius in Brevibus Notitiis<sup>2</sup> inter Theodonis interpositum est, qui infirmans filio suo ducatum Baiuvariae commendasset, ita ut deinceps Theodonis acta ad Theodebertum referantur. Thassilo si filius Theodonis quartus adnumerandus sit, tamen parum constat, utrum regnaverit<sup>3</sup> necne, neque in ducatu Frisingensi inter Grimoaldum et Hucpertum tertius locum habet neque cum quadrigaria Theodonis divisione inter se filiosque ille convenire videtur.

Hucpertus regnum intiens Corbinianum summo honore affectum ex castro Maiensi revocavit revocatumque tanti estimavit, ut sacro fontis lavacro eum sibi coniungeret<sup>4</sup>. Quod quomodo intellegendum sit, parum patet, cumque difficile creditu sit, Hucpertum Theodonis nepotem nondum baptizatum esse, Corbinianus fortasse prolem eius de fonte suscepisse putandus est, sicut Secundus episcopus Tridentinus Agilulfi regis filium<sup>5</sup>. Hucperi uxori nomen fuisse videtur Rattrud<sup>6</sup>.

Hucperi sororem Guntrut Liutprandus rex Langobardorum in matrimonium duxerat, qui apud Theodebertum patrem eorum adulescentulus exulaverat, isque initio regni sui (ex a. 712)<sup>7</sup> plurima Baiuvariorum castra ceperat<sup>8</sup> cum alia tum Maiense, unde fortasse recte conclusum est, similitates quasdam inter Grimoaldum et Hucpertum intercessisse<sup>9</sup>. Ad Liutprandum Paulo teste magis orationibus quam armis fisum Corbinianus octavo die ante obitum suum Ermbertum fratrem suum germanum misit<sup>10</sup>, ne patrimonium Maiense sibi eriperet utque eius permissu corpus suum, quod beato Valentino vivus deputasset, ibidem sepeliretur. Mortis praescius etiam ab Hucpero duce petivit, ut cadaver suum eo deferendum curaret, quo vivus pollicitus esset, cumque omnia praeparasset, balneo lotus tonsusque et veste indutus primo sacrificium ut solebat Deo obtulit, deinde domum ingressus modicum vini sumpsit, antequam finem vivendi fecit<sup>11</sup>.

Nomen eius die 8. Septembris codici Salisburgensi (hodie Monacensi lat. n. 15818) Martyrologii Bedani scripto saec. IX,

1) B. Sepp, 'Die bayerischen Herzoge aus dem Geschlechte der Agilulfinger und die falschen Theodone' ('Oberbayerisches Archiv f. vaterl. Gesch.' L, p. 16). 2) Ed. W. Hauthaler l. l. p. 21. 3) S. Herzberg-Fränkel, 'Über das älteste Verbrüderungsbuch von St. Peter in Salzburg' ('N. Arch.' XII, p. 66). 4) Arbeo, V. Corbiniani c. 82. 5) Paulus, *Hist. Lang.* IV, 27. 6) MG. Necrol. II, p. 26. 7) L. Bethmann et O. Holder-Egger, 'Langobardische Regesten' ('N. Arch.' III, p. 245). 8) Paulus l. c. VI, 58. 9) Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p. 80. 10) Arbeo, V. Corbiniani c. 33. 11) Ib. c. 34.

sed postea interpolato, illatum est<sup>1</sup>: VI. Id. Sep. Corbiniani confessoris, scilicet ipso nativitatis Mariae die, quo etiam dedicatio ecclesiae maioris Frisingensis eidem dicatae celebrabatur, atque inter Notas necrologicas ecclesiae maioris Frisingensis post a. 983. compositas utrumque festum ita coniunctum est<sup>2</sup>: VI. Id. Sept. S. Corbiniani atque dedicatio eius ecclesiae.

p. 508. \*Corbinianus in ecclesia beatae Mariae sepultus est, donec uterque legatus redisset<sup>3</sup>, cumque mensa transacto tandem corpus Frigisinga amoveretur, Magata puella<sup>4</sup> se glorificabatur, episcopi defuncti concubinam se fuisse, id quod per ludum et iocum dixisse dicitur, sed talia ne hoc quidem modo de Columbano unquam dicta esse credam, a cuius simplicitate etiam reliqui eius mores haud parum distabant. Corpus eius per pagum Vallenensem et per plebem Breonensem usque ad castrum Maiense perductum est. Ministri episcopi cum ad portam 'urbis'<sup>5</sup> a custodibus repulsi essent, qui dolum insidiasque suspicarentur, litteris Liutprandi regis Ticino advenientibus, quibus corpus summo honore suscipi iubebatur, illud in ecclesia Valentini cum magna reverentia humo tradiderunt<sup>6</sup>. In monte S. Stephani Frisingensi deficiente fonte quem dixi humus per 40 annos arida remansisse dicitur, donec corpus reportatum esset, cumque translationem a. 765. factam esse infra demonstraverim, sequitur Corbinianum a. 725. diem supremum obiisse vel paulo post, si numerum rotundum ut in V. Hugberti<sup>7</sup>, ita in Corbiniani liberius interpretari licet.

#### VI. Bonifatius vicarius apostolicus et Ermbertus episcopus Frisingensis.

Corbiniano defuncto Eremvulfus apud Huelpertum ducem et in ecclesia Baiuvariorum aliquid valebat, qui item a Scotorum parte stetisse videtur et certe cum consuetudinibus ecclesiae Romanae parum conveniebat, nam a sectatoribus earum inter haereticos numerabatur<sup>8</sup>. Bonifatius eum schismaticum iuxta canonum decreta damnans abiecit populumque ab eius secta liberavit. Idem perficienda suscipiens ea, quae Theodone duce quondam incepta erant, paucis annis,

1) H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge', Paris 1908, p. 30. 2) A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste u. Kalendarien in Bayern', Friburgi 1891, p. 19; MG. Necrologia III, p. 81. 3) Arbeo, V. Corbiniani c. 35. 4) Ib. c. 36. 5) Ib. c. 37. 6) Ib. c. 38. 7) V. SS. rer. Merov. VI, p. 304. 8) V. Bonifatii auct. Willibaldo c. 6 (ed. W. Levison p. 36).

postquam ille Romam advenit, i. e. a. 719<sup>1</sup>, a Gregorio II. papa auctoritatem acceperat ad gentes quascumque infideles properandi, ut Germaniae populos praedicationis causa inspiceret<sup>2</sup>, reversusque per praerupta Alpium iuga etiam Baiuvariorum fines peragraverat. Episcopus autem propter multitudinem paganorum conversam die 30. Novembris seu natali Andree ordinatus, qui a. 722. cum die lunae conveniebat, cum dominicus a sede apostolica legitimus<sup>3</sup> ordinationis episcopalies dies sanctus esset, simile mandatum apostolicum a 10 papa acceperat, quod legati apostolici a. 716. ab eodem<sup>4</sup>. Sacrum pallium Gregorius III. papa, alterius successor, ea condicione ei c. a. 732. concesserat, ut inter archiepiscopos censeretur<sup>5</sup> et ius praedicationis exerceret et episcopos ordinaret. Pallio ornatus hacque potestate praeditus Bonifatius 15 Hucperti ducis terras adiit multasque ecclesias visitans Eremvulfum exauktoravit.

Gregorius III. papa Bonifatio tertio Romam profecto mandatum c. a. 738. renovavit<sup>6</sup> episcopisque in provincia Baiuvariorum et Alamannia constitutis praecepit, ut norma 20 catholicae ecclesiae suscepta non solum gentilitatis ritum, sed etiam doctrinum Brittonum falsorumque sacerdotum abicerent, utque conciliis interessent, ubicumque terrarum Bonifatius ea instituisset<sup>7</sup>. Unus autem Vivilo (*Phyphylo*) Pataviensis, quem papa ipse aliquot annis ante ordinaverat, ex omnibus 25 ad quos idem tunc scripsit episcopis approbadus erat, itaque Bonifatio vicario apostolico haud pauca a. 739. ad veram fidem renovanda erant Baiuvarios extra ordinem ecclesiasticum viventes visitanti, auctore \*Odilone duce, qui Hucperti<sup>8</sup> p. 509. successor ducatum intcrim acceperat. Expulsis falsis epi-

30 1) *S. Bonifatii et Lulli epistolae*, ed. Tangl p. 17. 2) *V. Bonifatii l. c. c. 5* (ed. W. Levison p. 22). 3) *L. Thomassinus, Vetus et nova ecclesiae disciplina*, Lugduni 1705, II, l. 2, c. 12, n. 10 sqq. Annus 721, quo dies 30. Novembris dominicus erat, nullo modo conciliari potest cum numeris traditis, quos novissimus expendit M. Tangl, 'Die Briefe des h. Bonifatius' ('Geschichtsschreiber der deutschen Vorzeit' 92) p. 11; cf. 'N. Arch.' XL, p. 743 sqq. 4) *V. supra* p. 101. 5) *Gregorii III. ep. ad Bonifatium*, ed. Tangl p. 49; *V. Bonifatii c. 6* (p. 35). 6) *Gregorii III. epistula ad omnes episcopos, presbyteros, abbates*, ed. Tangl, p. 67. 7) *Eiusdem epistula ad episcopos in provincia Baiovariorum et Alamannia constitutos*, ed. Tangl p. 70 sq. 8) Neque vero Hucperti filius erat; cf. W. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p. 183; Th. Breysig, 'Jalrb. d. fränk. Reiches' p. 89; M. Fastlinger, 'Die wirtschaftliche Bedeutung der Bayerischen Klöster in der Zeit der Agilulfinger', Friburgi 1903, p. 9; Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p. 504<sup>3</sup>. Odilonis neptis Sunnichildis concubina Caroli principis erat, quam una cum Pilitrude a. 725. ex Baiuvaria abduxerat.

scopis et in primis Brittonibus vagantibus, totam provinciam consentiente duce in quatuor dioeceses divisit singulisque singulos praefecit episcopos rite ordinatos. Ecclesiae Frisingensi Ermbertus Corbiniani frater tunc praepositus est episcopus<sup>1</sup>. Hierarchy Romana instituta, provincia Baiuvariorum in bonum ordinem redacta et ab ecclesia Francorum fere se iuncta est, ita ut consilium a Gregorio II. a. 716. conceptum per Bonifatium iam ad effectum adductum esset. Eadem Zacharias papa a. 744. non solum ius prædicationis in Baiuvariorum provincia confirmavit, sed etiam omnem Galliarum provinciam apostolica vice iniunxit<sup>2</sup>, ut scilicet spirituali auctoritate reformaret, quicquid christianaæ religioni vel canorum institutis contrarium ibi repperisset<sup>3</sup>.

Ermbertus primus episcopus Frisingensis ad normam ecclesiae Romanae rite ordinatus, qui ecclesiam S. Haimhammi in vico Helphindorf dedicavit<sup>4</sup>, in Necrologiis Kal. Ian. celebratur et in Weihenstephanensi<sup>5</sup>:

Ermbertus Frisingensis eps.,  
et in Notis ecclesiae maioris Frisingensis<sup>6</sup> (saec. XI):

Ermbertus secundus huius sedis episcopus obiit, et  
Erambertus Frig. eps. ob.

Ioseph successor eius ultimum locum in tertia serie episcoporum defunctorum Libri confraternitatum monasterii S. Petri Salisburgensis occupat<sup>7</sup>.

## VII. Anni primorum episcoporum Frisingensium ducumque Baiuvariorum.

Anni episcoporum Frisingensium ex annis ducum Baiuvariorum concludendi sunt, quos chartis traditionum Frisingensium subscriptos novissimus editor non semper recte definisse mihi videtur.

Odilo dux, qui ante a. 739. Hucperto succedens Chiltruck filiam Caroli principis defuncti († 741) auctore Sunnichilde nepte sua in Baiuvariam confugientem in matrimonium

1) V. Bonifatii c. 7 (p. 38): secundus Eremercht, qui Frisingensi ecclesiae superspeculatoris tenuit principatum. Cf. Gregorii III. ep. ad Bonifatium a. 739. datam, ed. Tangl, p. 72. 2) Zachariae ep. ad Bonifatium, ed. Tangl p. 108. 3) Cf. O. Fischer, 'Das Legatenamt des Bonifatius und seine Mission unter den Sachsen' ('Forsch. zur Deutschen Gesch.', 1886, XXVI, p. 646). 4) Charta a. 772, ed. Theodorus Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising', Monachii 1905, tom. I, p. 79 ('Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Gesch. N. F.' tom. IV); supra p. 5. 5) MG. Necrologia III, p. 203. 6) Ib. p. 79. 84. 7) Herzberg-Frinkel, 'N. Arch.' XII, p. 69; sed cf. p. 68.

duxerat atque contra fratres ipsius Carlomannum et Pippinum a. 743. rebellaverat<sup>1</sup>, computante calculatore scrupuloso comite Hundt<sup>2</sup>, die 18. Ianuarii a. 748. defunctus est, ideoque charta Frisingensis 'anno XII. Oatiloni ducis' die 5 12. Februarii data anno 748.<sup>3</sup> attribui nequit, sed annus 747. ad Hundtii calculum retinendus est, \*quodque eam Tas- p. 510.  
 silo, filius Odilonis<sup>4</sup>, his verbis confirmavit: Et post haec ego Tassilo dux Baioariorum hanc epistulam confirmavi propria manu, neque Odilonis signum inter subscriptiones 10 deprehenditur, tamen haec traditio facta est 'in manus Ioseph episcopi in praesentia Oatiloni ducis' neque eo defuncto atque confirmatio Tassilonis verbis 'post haec' ad tempus posterius refertur in finem transponenda, quem locum alibi occupat<sup>5</sup>. Si Odilo mense Februario a. 747. duodecimum 15 regni annum agebat, a. 736. primus eiusdem annus erat neque a. 737. ducatum iniisse potest, sicut B. Sepp et Bitterauf statuerunt. Si autem Ioseph episcopatui Frisingensi a. 747. mense Februario praeerat, Ermbertum decessorem eius non post Kal. Ian. ciudem anni c. vivis excessisse oportet.

20 Ad eundem calculum vetustissima charta traditionis Frisingensis die 12. Septembris anno VIII. 'Oatilonis' data 'ad domum sanctae Mariae semper virginis in loco Frigisinga, ubi Ermbertus episcopus sacerdos praeesse dinoscitur', cum Hundtio iterum a. 743. restituenda est, quam Bitterauf in 25 annum insequentem temere rettulit. Certe Tassilo a. 741. natus<sup>6</sup> a mense Ianuario a. 748. ducatum suum auspicabatur, quodque Zacharias papa Odilonem Kal. Mai. a. 748. regnasse credidit<sup>7</sup>, mors eius monente Hundtio Romae tunc nondum nota erat, novaque quam tarde tunc Romam pervenerint,  
 30 supra vidimus (p. 103).

Iosephus episcopus Frisingensis, cuius memoria die 17. Ianuarii celebrabatur<sup>8</sup>, cum a. 763. die 29. Iunii hortator

1) Cont. Fred. c. 25sq. 2) Friedrich Hector comes Hundt, 'Über die Bayerischen Urkunden aus der Zeit der Agilolfinger' ('Abhandl. d. hist. Kl. der Bayrischen Akad. d. Wissenschaft.', Monachii 1873, XII, p. 168; cf. E. Mühlbacher, 'Regesten unter den Karolingern' I, p. 30<sup>2</sup>).  
 3) Ita Bitterauf, l. l. I, p. 28; cf. p. LVII. 4) Notitia Arnonis, ed. W. Hauthaler l. l. p. 7. 5) Charta Frisingensis a. 757, ed. Bitterauf I, p. 37. Traditio rei dominicae acquisitiae consensu ducis egebatur; cf. 35 H. Brunner, 'Die Landschenkungen der Merowinger und der Agilolfinger' ('SB. d. Akad. d. Wissenschaft. zu Berlin' 1885, p. 1185). 6) Cf. E. Mühlbacher, 'Reg.' I, p. 30. 7) S. Bonifatii et Lulli epistolae, ed. Tangl, p. 178; cf. 'N. Arch.' XLI, p. 61. 8) Notae Necrologiae eccl. mai. Frisingensis (MG. Necrologia III, p. 79. 84); Necrologium Weihenstephanense (ib. p. 204).

fuisset ad monasterium Scarantiense (hodie Scharnitz ad radiees Karwendel montis) condendum<sup>1</sup>, quod Reginpertus cum aliis rebus tum villis in pago Vallenensium sitis instruxerat et dioecesis 'ineoniaeentis' Frisingensis episcopo subiecerat, non ante diem 17. Ianuarii a. 764.<sup>2</sup> obiit, eumque iam die 7. Maii a. 765. successor eius publicam synodus seu placitum Frigisingae conveoasset<sup>3</sup>, praeterea tantum de hoc anno cogitari potest, cui M. Fastlinger<sup>4</sup> mortem eius attribuit, dum inter utrumque haesitat Hundtius<sup>5</sup>.

### VIII. Translatio Valentini Pataviam, Corbiniani Frigisingam.

Valentini corpus Langobardi e castro Maiensi ablatum in urbe Tridentina sepulturae interim tradiderant, sed Tassilo dux Baiuvariorum, qui Liutbergam filiam Desiderii regis Langobardorum in matrimonium duxit, sedente Iosepho episcopo Frisingensi in patriam idem rettulit relatoque 'meliorem insulam'<sup>6</sup> designavit, sepulturam in domo et ecclesia episcopi parans. Cum urbis nomen Arbeo memoriae non tradiderit, alter biographus B eius textum supplens et Iosephi nomen expungens Pataviam civitatem, hodie Passau, nominavit, et situs oppidi inter Aenum et Danubium constituti<sup>7</sup> cum insula comparari poterat. Ecclesia Pataviensis anno primo Odilonis ducis transacto aedificata et a Vivilone conserata erat, si nota vetusta<sup>8</sup> ad eam referenda est, quae ad ecclesiam quandam S. Mariae speeat; illa vero S. Stephano sacra erat, eiusque ante fores Valentinus in tumulo postea quiescebat<sup>9</sup>, cuius etiam nomen eadem adsumpsit, sicut ex chartis a. 774. aut postea datis intellegitur. Ad hanc translationem festum referendum est die 4. Augusti Calendario Salisburgensi saec. XI. illatum<sup>10</sup>: Translatio Valentini conf. Annus vero, quo eadem facta est, accuratius definiri nequit<sup>11</sup>.

1) Bitterauf l. l. p. 47. 2) Ita Bitterauf l. l. p. 48. 3) Ib. p. 51. 4) Max Fastlinger, 'Das Todesjahr des Hl. Corbinian' (v. Deutinger, 'Beiträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzb. München und Freising. Fortgesetzt von Specht', Monachii 1901, tom. VII, 'Neue Folge' I, p. 52). 5) 'Jahresbericht des hist. Vereins von Oberbayern' 1881/2. XLIV. et XLV, p. XIII. 6) V. Corbiniani c. 41. 7) Eugippii V. Severini c. 19 (ed. Mommsen p. 29). 8) Mon. Boica XXVIII, 2, p. 53. 9) Mon. Boica XXVIII, 2, p. 7: ad altare rem beati Stephani martyris Christi, itidem confessore sancto Valentino in Batabis civitate in tumulo quiescente. 10) A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste u. Kalendarien in Bayern', Friburgi 1891, p. 135. 11) Neque enim M. Fastlinger, 'Das Todesjahr des Hl. Corbinian' l. l. p. 52 sqq. annum 764. probasse mihi videtur, argumentis

*Corbiniani corpus cura et decorè carens et etiam lumine paupertatis causa saepe privatum in castro Maiensi remanserat, quod occasione matrimonii Tassilonis cum Liutberga Baiuvariis eum alias castris, quae Langobardi eis olim eriperant, redditum esse fortasse recte coniecerunt<sup>1</sup>. Arbeo<sup>2</sup> Iosepho defuneto sedem Frisingensem nactus, cum patrono cui a pueritia adhaeserat debitos honores tribuere minime posset, corpus eius Frigisingam reducere vehementer desiderabat, sed voluntatem defuneti violare parum tutum esse poterat, qui*

- 10 satis imbecillis usus. Cavere oportet Vitam et Translationem Valentini a Bollando et Henschenio editam, AA. SS. Ian. I, p. 1094sqq., cuius auctor tabula plumbea usus vult esse vetustate et terrae putredine partim diruta, quae occasione tertiae translationis a. 1120 (a. 1090. in codice legebatur) iuxta corpus Valentini inventa esset, neque vero sanioribus criticiis (veluti F. W. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p. 220; E. Dünmler, 'Pilgrim von Passau' p. 7sq.; J. Friedrich, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p. 338) de fide sua persuasit, perspicientibus haec conficta esse ad Valentimum Pataviae civitati episcopum vindicandum, quacum non coniunctus erat nisi translatione. Auctori mendaci Valentini missionem apostolicam describenti Corbiniani res gestae ante oculos versabantur, a quo corpus illius Maüs 'in suam civitatem' relatum esse finxit. Nostris diebus haec figura meliorem opinionem sortita sunt apud Nirschl, 'Der heilige Valentin erster Bischof von Passau und Rhätien', Magontiaci 1889, Vita illa usum, quasi de tabula saec. V. ageretur, et G. Ratzinger, 'Forschungen zur Bayerischen Geschichte', Campoduni 1898, p. 488, tabulam de altera translatione interpretatum, quam a. 768. factam esse tunc existimat, isque ad auctoritatem J. Jung appellavit, qui minime ea seripxit, quae ei supposita sunt, et vocabulum 'montana' non solum in V. Corbiniani (A c. 23; B c. 17) occurrit, sed etiam auctoriis saec. XII, veluti Nicolao (SS. rer. Merov. VI, p. 420, 1) notum erat. Acriore iudicio usus in rectum cursum rediit A. Seidler, 'Die Bleitafel im Sarge des hl. Valentin', 'Veröffentlichungen aus dem Kirchenhist. Seminar München, III. Reihe' n. 1, 1907, p. 254–274, cuius argumentis in universum assentiri possum.
- 35 1) M. Büdinger, 'Österreichische Geschichte' I, p. 108; S. Abel, 'Jahrb. d. Frank. Reiches unter Karl d. Gr.' ed. Simson (1888) I, p. 59<sup>2</sup>; S. Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p. 154; A. Huber, 'Beiträge zur älteren Gesch. Österreichs' ('Mittl. des Instituts f. Osterr. Geschichtsforsch.' II, p. 370). 2) 'Arbeo' nomen in vetustissimis chartis Frisingensibus inde ex a. 747 (Bitterauf l. c. p. 28) scriptum est vel 'Arbio' (ex a. 754, Bitterauf p. 34), rarius 'Arpio' (a. 764–7, 769, 815, Bitterauf p. 49, 60, 288), quod Latine vertitur Heres (Goth. 'arbi' = hereditas, 'arja' = heres; cf. Förstemann, 'Altdeutsches Namenbuch' I, col. 141<sup>2</sup>), atque nomine Latino auctor se ipsum appellavit in V. Corbiniani, itaque in chartis persaepe nominatur, in una a. 757 (Bitterauf p. 36) vel cum hac interpretatione: Heres id est Arbeo. Apud posteros vero forma 'Aribio' praevalebat, quae fortasse ex radice pendet longe diversa, eamque Catalogi episcoporum Frisingensem saec. XII. sqq. exhibent, SS. XIII, p. 356. De nomine Graeco Cyrini, quo auctor in V. Haimrammi utitur, vide ea quae disserui supra p. 6.

corpus suum vivus Valentino deputavisset, quamvis interim ablato. Neque sacerdotes dioceeseos Frisingensis, quos episcopus haesitans ad concilium convoeavit, gravissimam rem decidere audebant, sed eum Arbeone convenerunt, ut triduano ieiunio indicto praesagio divino relinqueretur, quid agendum esset. Cum mox visiones non solum septem e saecordibus Frisingensibus, sed etiam Sindperto episcopo, scilicet Ratisponensi, apparuissent, res ad suam voluntatem decisa esse Arbeoni videbatur, isque ad Tassilonem ducem profeetus ei proceribusque desiderium suum exposuit, qui una voce constituerunt, ut corpus reportaretur. Misit igitur Arbeo ad p. 512. Maiense castrum, qui monumento aperto \*sareophagum terra eruerent<sup>1</sup>, agminique montes transgresso episcopus ipse cum plebe ad Aeni portum occurrit<sup>2</sup>. Sepulehrum Corbiniani eccliae S. Mariae Frisingensi novum splendorem acquirere poterat miraculaque patrata liberalitatem fidelium excitaverunt.

Coneilium sacerdotum Frisingensium, in quo de Corbiniano reduendo agebatur, idem procul dubio est atque syndicus illa publica seu placitum ineunte Arbeonis episcopatu, scilicet a. 765. die 7. Maii, ad Frigisingam condictum, et sane tunc tres diaconi et quattuor clerici eum episcopo suo ad 'domum sanctae Mariae' convenerant praeter laicos, inter quos tres comites enumerantur. Poapo vir nobilis, qui hereditatem suam domui sanctae Mariae tune tradidit, usum et fructum sibi filiusque suis reservavit, ita ut rem post obitum eius 'rector, qui tunc tempore ipsi monasterio sanctae Mariae ad gubernandum praeesset, in suam faceret revocare dominationem'<sup>3</sup>. Erat igitur cum eccliesia maiore monasterium quadam coniunctum, eius in chartis Iosephi episcopi mentio non fit, et quaeritur, num Arbeo ipse idem instituerit. S. Mariae iam die 5. Novembris a. 765. patrocinium 'Christi confessoris Corbiniani' (in litura scr.) accessrat<sup>4</sup>, qui etiam a. 767. una eum illa commemoratur<sup>5</sup>. Anno autem 769. die 24. Februarii ipsius nomen ita praevalebat, ut traditio<sup>6</sup> quae-dam 'ad sepulchrum sancti Corbiniani confessoris Christi in loco Frigisingas' facta sit, 'ubi ipse pretiosus in corpore humatus esse cernitur', vel 'ad domum sancti Corbiniani', utque donator constitueret, ut rem post obitum suum 'rector, qui tunc monasterium sancti Corbiniani ad gubernandum habcret, in suam faceret revocare dominationem'. Dcdieatio eccliae maioris, quae etiam postea S. Mariac et S. Corbi-

1) Arbeo, V. Corbiniani c. 43. 2) Ib. c. 44. 3) Bitterauf l. l. I, p. 52. 4) Ib. p. 53. 5) Ib. p. 54. 6) Ib. p. 59.

niani, haud raro vero solius S. Mariae nomine nuncupabatur, ipso die nativitatis eiusdem celebrabatur<sup>1</sup>, sicut supra monui<sup>2</sup>. Cum autem anno 765. eodem, quo synodus celebrata est, Corbiniani nomen in titulo ecclesiae primum appareat, ipsam corporis translationem eodem factam esse oportet. ‘Translatio S. Corbiniani’ die 20. Novembris Breviario Frisingensi saec. XIII|XIV. illata est<sup>3</sup>, qui dies cum charta a. 765. die 5. Novembris data haud facile conciliandus est, unde M. Fastlinger<sup>4</sup> coniecit, etiam translationem Corbiniani primo cum die nativitatis S. Mariae coniunctam esse, id quod probari nequit. Annum vero 765. idem recte computasse mihi videtur.

### IX. Arbeonis episcopi Frisingensis vita.

Arbeo Corbiniani corpore translato quam maximas opes ecclesiae Frisingensi affluere vidit honorque debitus paupertate finita novo patrō ad sepulchrum eius iam impendebatur cum ab aliis tum ab episcopo ipso, qui procul dubio in eadem regione Maiensi natus<sup>5</sup> iam in pueritia patrocinium eius expertus erat hocce modo. Cum enim \*puer parvulus nocte p. 513. sollemnitatis eius, scilicet diei 8. Septembris, iuxta muros ecclesiae Valentini incaute decurrisset pedeque lapsus e praecipito castri devolutus esset, saxo cuidam adhaesit, fluctibus Passeris amnis ad latus montis intumescentibus, cumque pontem transgressi eum conspexissent, arreptis funibus per saxonum cavernas usque ad iacentem ascendentēs, illaesum eum reppererunt atque ad pristinam stationem deportaverunt<sup>6</sup>.

Quibus auspiciis cum puer accrevisset, Ermberto a. 739. episcopo Frisingensi instituto ad enutriendum traditus est<sup>7</sup> et fortasse clericus inferioris ordinis<sup>8</sup> traditioni cuidam ecclesiae S. Mariae Frisingensi concessae intererat<sup>9</sup>; postea pres-

1) Charta a. 817; ib. p. 324. 2) Supra p. 116. 3) A. Lechner, ‘Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern’ p. 85.  
 4) M. Fastlinger, ‘Das Todesjahr des Hl. Korbinian’ l. l. p. 7.  
 5) Neque obstat, quin Heres episcopus parentelae nexibus coniunctus esset cum Alpū matrona alodem in vico Langenpettenbach possidente (charta Frising. a. 772; ed. Bitterauf l. l. p. 72), quo loco nīsus comes F. H. Hundt (‘Jahresbericht des histor. Vereins von Oberbayern’ 1881/2, XLIV. et XLV, p. VII) eius patriam haud procul a castro Frisingensi sitam fuisse coniecit, nam virum tantae nobilitatis, quanta episcopo Frisingensi conveniret, inter nobilissimas illius provinciae familiās parentes habuisse vix mirabile est. Aribō nobilis quidam vir c. a. 1020. Frigisingam veniens pro animae suae episcopique eiusdem civitatis remedio, in loco, cui Kiehna (hodie Kains) nomen erat, unam aream tradidit (cf. J. Zahn, ‘Codex diplom. Austriaco-Frisingensis’ XXXI, p. 58). 6) Arbeo, V. Corbiniani c. 40. 7) Ib. c. 30. 8) F. W. Rettberg, ‘Kirchengesch. Deutschlands’ II, p. 259. 9) Bitterauf l. l. p. 29.

byteri<sup>1</sup> seu archipresbyteri<sup>2</sup> munere functus iussu episcopi inde ab a. 754. ad a. 763. chartas donationum scripsit eis- que testis subscrispsit, quin immo Tassilonis ducis iussu eiusdem generis chartam a. 759. exaravit<sup>3</sup>. Archipresbytero suo Iosephus episcopus ecclesiam S. Petri una cum coenobio in solitudine Scarantiensi a Reginperto conditam et ecclesiae S. Mariae Frisingensi adiunctam a. 763. regendam tradidit<sup>4</sup>.

Episcopus ordinatus Arbeo 'ex ore' suo chartas conscribi iussit, scilicet se dictante<sup>5</sup>, eoque sedente formula Romanorum hac: sub die consule oscitanter adhibita notarii Frisingenses crebrius utebantur<sup>6</sup>, quae eodem archipresbytero praesente a. 759. primum adhibita est<sup>7</sup>. 'Pastor ac medicus animarum'<sup>8</sup> oves suas consolatus memoriam earum in domo Dei perpetuo se confirmaturum esse promisit, si hereditates suas ecclesiae S. Mariae Frisingensi traditurae essent, atque aerarium eiusdem ecclesiae et implebat et ab impctibus defendebat, nc patrimonia sanctorum a fidelibus christianis tradita ignavia et negligentia dilacerarentur<sup>9</sup>.

Non solum villas agrosque collegit, sed etiam ecclesiis inhiabat, quae ut erant bonis ditatae, ita inter possessiones medii aevi haud infimum locum tenebant, neque praeter auri sacram famem ne ecclesiasticis quidem rcbus parcentem studium altius ad hanc naturam explicandam praesumere opus est, quasi episcopus sua iura dilataturus ecclesias proprias privatorum cum ecclesia maiore coniungere studuisse<sup>10</sup>. Haud raro in ipsa dedicatione ecclesiarum cum conditoribus pactum est, ut illae post mortem eorum ecclesiae S. Mariae Frisingensi obvenirent, eoque modo acquisitae sunt ecclesiae S. Valentini et in Chrakinachrae (hodie Kronacker, BA. Wasserburg) a. 768. ab Arbeone dedicata<sup>11</sup> et in Altunhusir (hodie Altenhausen, BA. Freising) a. 772.<sup>12</sup> tradita. Corbiniani patrocinio fruebatur ecclesia Erkanperhti a. 774. acquisita, quam idem Arbeo dedicaverat<sup>13</sup>, et oratorium in villa Reichertshausen a. 779. episcopatui traditum<sup>14</sup>. Ecclesiam S. Petri

1) A. 755 (ed. Bitterauf l. l. p. 35). 757 (p. 37). 758 (p. 39). 759 (p. 42). 760 (p. 43, charta eadem, quam n. 2. citavi). 2) A. 754 (ed. Bitterauf l. l. p. 34). 757 (p. 36). 759 (p. 41). 760 (p. 43). 763 (p. 48). 3) Ed. Bitterauf l. l. p. 42. 4) Ib. p. 48. 5) H. Brunner, 'Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urk.', Berolini 1880, p. 250. 6) Brunner l. l. p. 252. 7) Bitterauf I, p. 41. 8) Charta Poaponis viri nobilis a. 765; ed. Bitterauf I, p. 51. 9) Charta a. 773. data; Bitterauf l. l. p. 87. 10) Ita G. Ratzinger, 'Forsch. zur Bayrischen Geschichte' p. 505; cf. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I, 1, 1895, p. 205 sgg. 11) Bitterauf l. l. p. 56. 12) Ib. p. 76. 13) Ib. p. 94. 14) Ib. p. 114.

*ad Wirmam (hodie Würm) Kerolt presbyter a. 772—780. eidem dono dedit, a Iosepho episcopo iam dedicatam<sup>1</sup>.*

*Passionem Haimrammi Arbeo c. a. 772. litteris mandabat<sup>2</sup> eodemque anno mense Augusto in urbem Ratisbonensem profectus est, ubi in ecclesia eiusdem martyris locum \*Ilminam (hodie Ilminünster) ecclesiae S. Mariac et corpori p. 514. beati Corbiniani dono datum accepit<sup>3</sup>. Anno post, scilicet a. 773, die 30. Augusti, apud Tassilonem duccm in villa Eitrah (hodie Aitcrhofen) versabatur, ubi Humperht villam 10 Sweinpah ecclcsiae S. Mariac et sepulchro Corbiniani pro eodem duce parentibusque ciuis, scilicet Otilone et Hildrude, tradidit<sup>4</sup>, et biduo ante duce consentiente in villa publica Thinolfingas (hodie Dingolfing) aliam hereditatem ecclesiae suae comparaverat<sup>5</sup>.*

*15 Communis autem opinio est, gratia principis Arbeonem extremis episcopatus sui annis caruissc, qua re ecclesia Frisingensis damna haud parva passa esset. Tuti Graecus vel potius Dobdagrecus<sup>6</sup> advena episcopus Scottus idem, quo Virgilius Salisburgensis utebatur, paroeciam cum ecclesiis ecclcsiae S. Mariae iniuste eripuerat et monasterio Chiemseensi addiderat; quoad demum a. 804. iudicibus Karoli imperatoris intercedentibus partem praedae reddidit<sup>7</sup>. Quod loco episcopi Scotti Tassilonem duccm et Liutpergam uxorem eius ecclesias episcopatui Frisingensi abstulisse in altera eiusdem pacti 20 recensione legitur; qui invidia in Arnonem flagrassent, quasi Karolo et Francis fidelior esset quam sibi, hic textus cum in solo codice posteriorc traditionum Frisingensium a Chunrado a. 1187. collecto extet, interpolationis suspectus esse potest. Res proprias domus S. Mariae in monasterium 30 Chicmseense tempore Liutpergae ducissae conversas esse*

1) Bitterauf l. l. p. 82. 2) Supra p. 6. 3) Bitterauf I, p. 75.

4) Bitterauf l. l. p. 90. 5) Ib. p. 89. 6) In Annalibus Laurensihamensis (SS. I, p. 24) de Dubdecris (Buddecris Ann. Mos., SS. XVI, p. 494) abate a. 726. mortuo relatum est, quod nomen licet apud

35 A. Holder, 'Alt-Celtischer Sprachschatz' I. frustra quæsiverim, tamen similia ibi extare videntur, atque Grecus fortasse ex -cris depravatum est, scilicet altera nominis parte, quæ nescio an ex -reix, -rix, gen. -rigis pendeat, certe cum lingua Graeca non cohaeret, id quod F. W. Rettberg l. c. II, p. 234, et A. Hauck l. c. I, p. 569<sup>3</sup>, statuerunt, licet 40 veram rationem Wattbachius iam perspexisset, SS. XI, p. 6, n. 7) Bitterauf l. l. p. 183. Arn a. 804. concordiam inter litigantes composuit, ereptæ vero erant ecclesiae illæ multo ante, quod cum non amadvertisserint decessores mei, aut duos Dobdagrecos statuerunt in eadem regione fuisse aut unum plus quam dimidium saeculum episcopatu 45 functum esse.

*altera quoque charta testatur a. 816. data<sup>1</sup>, cuius textum etiam Cozroh confirmat vetustissimi traditionum codicis auctor.*

*Nec ad Tassilonis odium postrema Arbeonis fata rese-  
renda sunt, qui cum die 15. Decembris a. 35. Tassilonis,  
i. e. 782. p. Chr., ultimum traditioni cuidam pro domo epi-  
scopali S. Mariae interfuisset<sup>2</sup>, vivus successorem habuisse  
videtur. Atto enim abbas ‘dominans atque defendens’ res  
domui S. Mariae Frisingensi concessas eodem 35. Tassilonis  
anno (ad a. 783. Ian.) in dominium recepit<sup>3</sup>, qui ad a. 811.  
episcopus sedi Frisingensi praeerat. Is Arbeone episcopo<sup>10</sup>  
electo monasterium Scarantense gubernavit, cumque ipsi  
locum Indiam (hodie Innichen, BH. Lienz) Tassilo dux  
Baiuvariorum ex Italia rediens a. 769. ‘propter incredulam  
generationem Scavanorum ad tramitem veritatis deducendam’  
‘hilari vultu<sup>4</sup> tradidisset, ut monasterium ibi construeret,  
exinde episcopatus Frisingensis plurimas colonias in orientem  
versus deduxit<sup>5</sup>. Etiam monasterio Schlehdorf ad Kochlsee  
in honorem Dionysii constructo vice episcopi occupati prae-  
erat, quo Scarantense consilio Arbeonis translatum est<sup>6</sup>,  
eique haud parvum splendorem corpus Tertulini vel potius<sup>20</sup>  
Tertuliani martyris addidit ab Hadriano papa Regimpero  
‘monacho et conditori a. 772. concessum<sup>7</sup>. Attonis abbatis*

*p. 515. signum proximo loco post Arbeonis episcopi et ante signa  
duorum presbyterorum in charta Frisingensi a. 768. collocatum<sup>25</sup>  
est<sup>8</sup> et consentaneum erat seniorem abbatem diocesim  
gubernandam suspicere, episcopo impedito, qui certe paulo  
post mortuus est. Arbeonis mors a. 784. in Annalibus S.  
Emmerammi maioribus<sup>9</sup> attributa est, sed cum Hildegardis  
regina<sup>10</sup> eundem annum ibi occupans a. 783. iam defuncta  
sit, is praferendus videtur esse<sup>11</sup>, qui in Catalogo recenti<sup>30</sup>  
episcoporum Frisingensium nullius auctoritatis (v. infra p. 172  
cod. B 9 e<sup>1</sup>) re vera legitur. Dies vero eidem sacer est  
IV. Non. Mai.<sup>12</sup>.*

1) Bitterauf l. l. p. 313. 2) Ib. p. 121. 3) Ib. p. 124.

4) ‘Hilari vultu (cf. Eccl. 26,4) tradidit’ dominus servo mulierem in<sup>35</sup>  
matrimonium; cf. V. Haimhamni c. 39. 5) F. X. Zahmrecher, ‘Die  
Kolonisationstätigkeit des Hochstifts Freising in den Ostalpenländern’  
(v. Deutinger, ‘Beiträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des  
Erzbistums München und Freising’, Monachii 1907, tom. X, ‘N. Folge’  
IV, p. 59). 6) Bitterauf p. 81. 7) Bitterauf l. l. p. 73. 8) Ib.<sup>40</sup>  
p. 56. 9) SS. I, p. 92. 10) Cf. Abel, ‘Jahrb. des Fränk. Reichs  
unter Karl d. Gr.’, ed. de Simson I, p. 459. 11) S. Herzberg-Frinkel,  
‘Über das älteste Verbrüderungsbuch von St. Peter in Salzburg’ (‘N. Arch.’  
XII, p. 103). Verba Arpio ab. Libro confraternitatum postea illata  
sunt (MG. Necrologia II, p. 26), sed cf. ‘N. Arch.’ XII, p. 68. 12) MG.<sup>45</sup>  
Necrologia III, p. 80. 84. 210 (Arbo).

*Doctus ac lingua modestus Arbeo appellatur in versibus  
'de ordine comprovincialium pontificum', scilicet provinciae  
Salisburgensis, sacc. IX. compositis, in quibus quinque primi  
episcopi sedis Frisingensis, Corbiniano scilicet addito, ita  
celebrantur<sup>1</sup>:*

Frigisiensis enim sedis haec aula vocata est,  
Corbinianus ovans quam primus rexerat almus.  
Inde Dei famulus Ermperhtus nomine sedit.  
Tertius hinc Ioseph, praclarus nempe magister.  
Arpeo quartus erat, doctus ac lingua modestus.  
Quintus apostolicam tenuit pius Atto cathedram.

#### X. Status et liturgia ecclesiae Frisingensis.

Corbinianus episcopus Brittanorum ritui addictus rc vera  
abbas fuisse videtur et habitaculum in regione Maiensi con-  
15 structum seu domus in monte S. Stephani prope Frigisingam  
sita pro coenobiis seu cellis<sup>2</sup> accipienda sunt, quae cum clero  
vel potius monachis suis incolebat. Ecclesia beatae Mariae  
Frisingensis, quae ante illum iam extabat et in qua primo  
sepultus erat, antequam in castrum Maiense transferretur,  
20 domus episcopalis facta esse non potest ante a. 739, quo  
Bonifatius dioecesim illam instituit, atq; episcopo dioecesano  
instituto clerici iam assistebant. Enumerantur autem in  
chartis a. 757, quo Iosephus episcopus cum 'reliquo agmine  
clerum' traditioni cuidam intererat, trini presbyteri et dia-  
25 coni<sup>3</sup>, a. 765. trini diaconi et clerici<sup>4</sup>, a. 774. decem presby-  
teri et quattuor diaconi<sup>5</sup>. Cum cuncto clero Arbeo episcopus  
ad synodalem diem convenit feria V. ante pascha, qua christma  
conficiebatur, atque etiam laici synodalibus conventibus aderant.

Cum autem monasterium ecclesiae S. Mariae Arbeone  
30 sedente accessisset, praeter rectorem ciusdem etiam monachi  
occurrunt et primum anno 765. Hulzilo<sup>6</sup> monachus inter testes  
enumeratur, deinde Situli monachus inter a. 780—782. locum  
inter presbyterum et diaconum quendam occupans<sup>7</sup>, cumque  
Corbiniani corpore translato nomen mutatum esset, rector  
35 monasterii S. Corbiniani a. 769. commemoratur<sup>8</sup>, qui procul  
dubio ipse episcopus erat. Monachi ordines ecclesiasticos  
assecuti cancellarii munere apud episcopum Frisingensem  
fungebantur Heilrih subdiaconus sive monachus a. 790/1<sup>9</sup>,

1) SS. XIII, p. 352; MG. Poetae II, p. 638. 2) Arbeo, V. Cor-  
40 biniani c. 28: ut ad omnem utensilium cellulae sufficeret ministerio.  
3) Charta a. 757; Bitterauf p. 37. 4) Bitterauf p. 52. 5) Ib. p. 93.  
6) Ib. p. 58. 7) Ib. p. 120. 8) Ib. p. 59. 9) Ib. p. 139.

Berno presbyter sive monachus a. 790—794. atque uterque p. 516. alibi clericus vocatur<sup>1</sup>. Etiam \*Salomon monachus<sup>2</sup> postea clericus<sup>3</sup> dicitur, post quinque presbyteros collocatus. Hittone episcopo Corbiniani monasterium gubernante, 'turma aut norma plurima servorum Dei' ad laudes Christi canendas a. 814/5. coacta erat<sup>4</sup>, servique illi Dci a. 817. distincte monachi appellantur<sup>5</sup>.

Monasterium 'Hukiperhti' adiunctum ecclesiae S. Andreae in monte castri Frisingensis sitae, quam saec. XII. canonici occupabant, inter a. 765—776. hreditatem quandam accipit<sup>6</sup> atque origo eius ad Hugpertum ducem reclata est, sed alii<sup>7</sup> rectius de Hugiperht presbytero cogitaverunt, qui sedente Attone episcopo inter a. 790—794. episcopatu*m* Frisingensi ecclesiis et familias fundosque tradidit<sup>8</sup>, et certe quinque huius chartae testes in charta Hagustalti<sup>9</sup> testis donationis 15 monasterio Hukiperhti factac redeunt.

Regula Benedicti postquam per Bonifatium in conciliis<sup>10</sup> sancta est, etiam Baiuvariorum monasteria pervasit, sed ibi auctore praetermissa regula tantum, ad quam abbates monasteriorum viverent, canonibus episcoporum<sup>11</sup> opposita est aut regularem tramitem, ut ordo depositum, cum canonica sententia Arbeo in monasterio Schledorfensi a. 772.<sup>12</sup> comparavit neque S. Benedicti regulae distincte meminit, nisi quod abbatem Schliersensem iuxta ordinem regulae S. Benedicti electum ordinavit<sup>13</sup> fratribusque a. 779. posuit, consentiens abbatem deinceps ad candem regulam cligendum esse. Monachos autem domus S. Mariae regula Benedicti professos esse chartae a. 825. et 843. datae testantur<sup>14</sup>, immo domus ipsa iam appellatur S. Mariac et S. Benedicti. Ad ecclesiam maiorem B. Mariae et S. Benedicti senio lapsam, quam Engelschalc 30

1) Heilrh a. 788/91 (Bitterauf p. 184); Berno a. 764/7 (ib. p. 49).

2) A. 807; cf. Bitterauf p. 230. 3) A. 811; cf. Bitterauf p. 259.

4) Ib. p. 275. 294. 5) Ib. p. 328. 6) Ib. p. 55. 7) J. B. Precht, 'Beiträge zur Gesch. der Stadt Freising. VI. Das Kanonikatstift St. Andre auf dem Domberge zu Freising', Frisingae 1888, p. 4; Hauck l. c. II, p. 444<sup>3</sup>. 8) Bitterauf p. 139. 9) Ib. p. 56. 10) Cf. e. gr. Conc. Germanicum a. 742 (MG. Concil. II, p. 4; Epist. Bonif. ed. Tangl p. 101). 11) Concil. Dingolfing. c. 3, c. a. 770, MG. Concilia II, p. 94. 12) Bitterauf p. 81. 13) Ib. p. 113. 14) Ib. p. 448. 449.

Canonici iuxta monachos apud ecclesiam S. Mariae Frisingensem a. 842. primum occurrit (Bitterauf p. 551) duoque praepositi a. 845. utrique turmae praeuerant (Bitterauf p. 565), atque monachi saec. IX. ex. ultimum commemorantur, praevalente canonica vita; cf. J. Doll, 'Die Anfänge der bayerischen Domkapitel' (v. Deutinger, 'Beiträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzbistums München und Freising', Monachii 1907, X, 'N. Folge' IV, p. 29).

presbyter denuo structam reparavit, versus spectant, quos S. Riezler e codice latino Monacensi n. 6427, saec. XII, eruit, ibique monasticum ordinem sub Corbiniano fuisse poeta expressis verbis asseruit<sup>1</sup>. Cum vero postea parvam S. Benedicti ecclesiam S. Mariae contiguam in monte Frisingensi sitam iam a Corbiniano constructam esse finxissent, ibi monachorum conventum fuisse Otto episcopus Frisingensis et post eum Conradus Sacrista a. 1187. statuit, quac figura serio in certamen venire non posse infra demonstrabitur.

10 E parvis vero quae habemus vestigiis concludi licet Arbeonem nostrum S. Benedicto, quem 'virum fidelissimum' vocavit<sup>2</sup>, non alienum fuisse neque a Scottis stetisse, qui provinciam Baiuvariorum olim occupaverant, sed ecclesiae Frisingensis ritus multo magis ad Gallicanum tunc accessisse videtur, id

15 quod schedae nuper detectae manifestaverunt.

Liturgiam ecclesiae Frisingensis in lucem modo vocavit G. Morin<sup>3</sup>, reperto libro Benedictionum ecclesiae S. Mariae sanctique Corbiniani, atque e duobus textibus, qui \*codici p. 517. insunt, prolixior sacc. IX, ad officium ecclesiae Frisingensis 20 praeparatus, cum vetustissimo Missali, quod Gothicum vocamus, quodque Augustoduni<sup>4</sup> ortum est, convenit, nisi quod additamenta nonnulla accesserunt, in quibus ritus Romani ratio habita est. Benedictiones illae, quas Frisingenses faciebant, crant Gallorum, easque ecclesia Romana et Zacharias 25 papa cum Bonifatio<sup>5</sup> non approbabant. Inter sanctorum festa adest Symphoriani Augustodunensis neque vero Corbiniani aut Germani, quem patronum ciuis fuisse volunt, atque hoc Benedictionarium Frisingense cum Eustasio abbe Luxoviensi eodem modo atque Martyrologium Hieronymianum 30 cohaerere G. Morin coniecit. Neque vero cum eodem statuam librum benedictionalem ecclesiae Frisingensis ante Missale Gothicum collocandum esse, quia Leudegarii a. 679. aut sq. occisi missa ibi non deprehenditur, nam argumentum ex silentio vix magni aestimandum est, neque benedictiones regis 35 quae illi insunt ad stirpem Merovingicam referam, id quod

1) Quo tempore versus compositi sint, non constat; cf. S. Riezler, 'Abhandl. der Münchener Akademie der Wissenschaft.' III. cl., XVIII, I, p. 273 sq. 2) Arbeo, Vita Corbiniani c. 12. 3) G. Morin, 'Un recueil gallican inédit de Benedictiones episcopales en usage à Freising aux VII<sup>e</sup> — IX<sup>e</sup> siècles' ('Revue Bénédictine' 1912, XXIX, p. 168 sqq.). Quod Mabillonius, Vetera Analecta, Lutetiae Parisiorum 1685, p. 454, ordinem antiquum ecclesiae Frisingensis repperisse sibi olim visus erat, ipse postea hanc Benedicti ecclesiam pro Casinensi habuit; cf. Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti, Lutetiae Paris. 1704, II, p. 144. 4) Cf. SS. rer. Merov. V, p. 255 sq. 5) MG. Ep. III, p. 371; ed. Tangl l. l. p. 198.

*G. Morin statuere videtur, sed ad Carolingicām. Rex, cuius manus olco sanctificato ungendac crant, cum exercitu suo intercedente beato Martino uberi benedictione dignus erat, in solio regni firma stabilitate conectendus, eique contra acies inimicorum lorica exoptatur, ‘utque gentes illae teneant fidem proceri sui vel gens ista habeat pacem’. Genti igitur isti, scilicet Baiuvariorum, unus e proceribus, i. e. comes aut praefectus, tunc praefuisse videtur, qualis ei a Karolo M. praefectus est deiccto Tassilone duce a. 788. Martinus etiam ab Alcuino appellatur Karoli ‘intercessor’<sup>1</sup>, ‘qui semper honoratus fuit in regno et a regibus Francorum’, atque reges Francorum constat non unctiones esse ante Pippinum<sup>2</sup>. Praesidium huius familiae, scilicet Frisingensis, ‘contra gentium feritatem’, fortasse contra Avaros, imploratur et in primis Mariac suffragium in eius assumptione ‘super hanc familiam tuam’ invocatur. Etiam ‘Benedictio in natale abbatis[saef]’ ad ‘hunc gregem sanctae Mariae’ spectat, quac verba ad celeberrimum S. Mariae monasterium Augustodunense referenda esse voluit G. Morin, at in Libro benedictionali Frisingensi ecclesia S. Mariae vix alia esse potest atque ecclesia maior Frisingensis atque vestigia congregationis virginum cum illa coniunctae adhuc supersunt, ita ut etiam C. Meichelbeck<sup>3</sup> divinaverit moniales olim Frisingae convivisse. Ad motus hostiles vota quoque pro abbatissa spectare videntur, cui tranquillitas temporum exoptetur.*

### XI. Virgilius episcopus Salisburgensis.

Scottorum traditiones ecclesia Salisburgensis servasse vindetur, quam episcopo suo destitutam Virgilio ex Hibernia insula advenienti Pippinus princeps seu Odilo dux concesserat<sup>4</sup>. Virgilius vir sagacissimus profundae doctrinae, indagator Scripturae sacrae, immo litteris mathematicis et physicis doctus, post Odilonis rebellionem a. 743. oppressam Pippinum Carisiaci adierat, qui eum duos fere annos secum retinuisse fertur<sup>5</sup>, antequam Odiloni commendatus in Baiuvariam venit,

1) Ep. a. 801/2; MG. Ep. IV, p. 403, 38. 2) Cf. G. Waitz, 35  
 ‘VG.’ I, p. 174; III, p. 68, 98. 3) Meichelbeck, Hist. Frising. I,  
 p. 114; J. Sighart, ‘Der Dom zu Freising’, Landshut 1852, p. 23; Dahn,  
 ‘Die Könige der Germanen’ IX, p. 560. Cf. chartas Frisingenses  
 a. 806, 830, 847 (Bitterauf p. 208, 510, 578). 4) Cf. F. W. Rettberg,  
 ‘Kirchengesch. Deutschl.’ II, p. 233; A. Hauck, ‘Kirchengesch. Deutschlands’ I, p. 569<sup>3</sup>, n. 1. 5) Auctor Conversionis Bagoariorum et Carantanorum, SS. XI, p. 6, Pippinum ipsum ei episcopatum concessisse tradiit, atque Lege Baiuvariorum I, 10, eo fere tempore composita sanctum

et paulo post, scilicet ante a. 748, dioecesim Salisburgensem accepit invito Bonifatio, qui ipsam instituerat. Fergil aut Feirgil nomen eius in Annalibus Hiberniae scriptum est tituloque honorifico geometres ibi vocatur, qui abbatis munere monasterii Aghaboe in Queens county (Upper Ossory) functus erat<sup>1</sup>. \*Ritum patrium non dimittens, etiam in Baiuvaria p. 518. ordinem episcopalem respuebat, atque abbas monasterii S. Hroberti Salisburgensis constitutus iura diocesana exercebat presbyteratu contentus more Scottorum<sup>2</sup>, episcopalia vero per episcopum vagantem eiusdem originis administranda curavit, scilicet Dobdagrecum, eundem procul dubio atque Tuti Grecum, quem dioecesi Frisingensi ecclesias nonnullas eripuisse et monasterio Chiemseensi addidisse supra monui<sup>3</sup>. Ex hoc eius administrandi genere ritus Scottorum satis superque intellegitur, quem si in Baiuvaria non peregisse credendus est<sup>4</sup>, tamen ea quae antiquitus introducta erant serrabat instituta Bonifatio rituque Romano aliena.

At Bonifatius in ea quae inter utrumque mox exorta est dissensione rebus gravioribus praetermissis ad res exteriiores levioris momenti animum convertisse videtur, atque utraque pars ad sedem apostolicam appellavit peccati cuiusdam puerilis causa. Sacerdos quidam in eadem Baiuvariorum provincia linguae Latinae non adeo peritus infantes baptizans formulam miserabiliter tractaverat hoc modo: 'Baptizo te in nomine patria et filia et Spiritus sancti', cumque Bonifatius Virgilio et Sidonio 'religiosis viris' seu presbyteris mandasset, ut infantes denuo baptizarentur, Zacharias papa his assentiens per solam manus impositionem baptizatos purgari iussit<sup>5</sup>. Idem Bonifatio ius praedicandi per Baiuvariam a. 744. confirmans, falsum sacerdotem, quem hic in ea regione reppperisset, negaverat a se episcopum ordinatum esse, quo ille se excusare temptaverat<sup>6</sup>. Virgilius Odilonis ducis sibi faventis auctoritate nisus Bonifatii studiis restiterat eique facultatem suam examinanti responderat, se quoque a papa esse absolutum, i. e. missum<sup>7</sup>, ut defuncti ex quatuor episcopis

erat, ut episcopus a rege constitueretur, scilicet stirpis Merowingiae; cf. H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgesch.' I, p. 457<sup>2</sup>.

1) H. Zimmer, 'N. Arch.' XVII, p. 211. 2) Beda, *Hist. eccl.* III, 4. 3) Supra p. 125. 4) Contra F. W. Rettberg II, p. 234, haec opinatum, disputavit A. Hauck l. c. p. 569, n. 3. 5) Ep. Zachariae ad Bonifatium, ed. Tangl, p. 141. 6) Ib. p. 107. 7) Ep. Zachariae ad Bonifatium, ed. Tangl p. 178, 25; Germ. 'abgefertigt'. M. Tangl, 'Die Briefe des h. Bonifatius' p. 172. absolutus vertit 'losgesprochen', sententiam finalem per copulam 'und' adnectens.

dioecesim obtineret, quos Bonifatius a. 739. ordinaverut. Etsi papa hoc verum esse tunc omnino negavit, tamen Virgilii fides vix in dubium vocanda est, atque monuerunt papam a. 743. ab Odilonis ducis rebellantis parte stetisse<sup>1</sup>. Quae cum ita sint, abbas Scottorum dioecesim Salisburgensem accepisse non credendus est nisi consentiente papa.

Virgilium examinatum Bonifatius deprehenderat etiam a catholica doctrina alienum, affirmantem scilicet alium mundum et alios homines sub terra esse, 'seu', malim 'ceu', solem et lunam, scilicet alium solem et aliam lunam. Papa autem Bonifatium concilium hac de causa habere iussit, quo ille ex ecclesia pelleretur et sacerdotii honore privaretur, immo Romam presbyterum evocavit canonicis sanctionibus condemnandum, si reus inventus esset. Porro doctrina illa non adeo perversa et iniqua erat, qualis papae et Bonifatio tunc videbatur, qui adversarium omnino sede privare nitebatur, immo Virgilius suo aevo longe anteisse videtur, nam vel illustrissima quae praecesserant ingenia ei Isidori et Bedae inter fabulas relegaverant antipodas, qui quasi sub terris positi adversa pedibus nostris calcarent vestigia.<sup>2</sup>

Virgilius abbas cum Odilone duce litem de rebus cellae Maximiliani habebat, quas hic monasterio S. Hrodberti per vim erectas Urso capellano suo in beneficium dederat<sup>3</sup>, cumque illae divisae essent atque utraque pars ecclesiam in suo fundo aedificasset, Ursus suam per episcopum vagantem conscrandam curavit Liuti nomine, qui Liudinus in Libro \*confraternitatum appellatur<sup>4</sup>. Virgilius abbas Tassiloni duci a. 748–750. adstitit villam confirmanti ecclesiae Frisingensi ab Odilone traditam<sup>5</sup>.

Denique pertinax ille abbas et presbyter ordinem episcopalem suscipere dignabatur atque a comprovincialibus praesulibus episcopus ordinatus est<sup>6</sup>, sed quod id die 17. Kal. Iul. anno 767. p. Chr. et duobus fere annis post adeptam dioecesim contigisse ab auctore saeculo post c. a. 871. scribente tradi-

1) *Ann. Mett. ed. de Simson* p. 34. 2) *Isidori Etym. IX*, 2. 35  
 XI, 3, 24, 133. XIV, 5, 17; *Beda, De ratione temporum* c. 33. Cf. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p. 236; S. Riezler, 'Gesch. Baierns' (1878) I, p. 150; H. Krabbo, 'Bischof Virgil von Salzburg und seine kosmologischen Ideen' ('Mitth. d. Inst. f. Österr. Geschichtsforsch.' XXIV, p. 1 sqq.); H. Vander Linden, 'Virgile de Salzbourg et les théories cosmographiques au VIII<sup>e</sup> siècle' ('Bulletins de l'Acad. royale de Belgique, Classe des lettres' 1914, p. 163–187). 3) *Notitia Arnonis*, ed. W. Haithaler, 'Salzburger Urkundenbuch' I, p. 16; *Breves Notitiae VIII*, ib. p. 28.  
 4) Cf. 'N. Arch.' XII, p. 69. 5) *Bitterauf l. l.* p. 29. 6) *Conversio Bagoriorum et Carantanorum*, SS. XI, p. 6. 45

tum est, calculus ille inter se minime cohaeret neque cum reliquis documentis convenit. Nam nemo est qui non videat intervallum illud biennio multo prolixius fuisse, sique a. 767. constaret, fere viginti anni numerandi essent. At a. 767.  
 5 dies ordinationis, scilicet 15. Iunii, qui solus ex fastis ecclesiae Salisburgensis pondere videtur et certe maiore fide digna est anno, in feriam II. incidebat, cumque episcopi illo aeo die dominico<sup>1</sup> ordinati sint, non video, quomodo annus ille defendendus sit, quem praeterea Annales Salisburgenses saec. XI.  
 10 exhibent<sup>2</sup>, adventum Virgilius in Baiuvariam re vera biennio aut triennio ante collocantes. Ad Hibernicam<sup>3</sup> vero traditionem, ex qua de condicione Virgilius memoria digna supra iam deprompsi<sup>4</sup>; Virgilius tricesimo anno dignitatis episcopalibus defunctus est, cumque eum a. 784. mortuum esse et ibi  
 15 et alibi<sup>5</sup> traditum sit, ad annum 755. ordinatio episcopalibus removetur, eoque dies 15. Iunii re vera dominicus erat<sup>6</sup>. Hic igitur calculus alterum multo praestare videtur neque tam fidenter quam Hauckius<sup>7</sup> eum reprobare audeam, sique Virgilius a. 755. die 15. Iunii ordinationem suscepit, a pristino  
 20 roto destitit, ubi primum acerrimus eius adversarius Bonifatius oculos clausit.

Et Arbeo et Virgilius inter episcopos et abbates Baiuvariorum erant, qui exemplo pacti Attiniacensis<sup>8</sup> c. a. 770. inter se convenerunt<sup>9</sup>, ut, decadente sodali, unusquisque

- 25 1) Episcopi die dominico ordinati sunt Nicetius Lugdunensis a. 553, die 19. Ianuarii (SS. rer. Merov. III, p. 686), Desiderius Cadurcus a. 630, die 8. Aprilis, scilicet ipso paschali (ib. IV, p. 549), Eligius Noviomagensis et Audoinus Rotomagensis a. 641, die 13. Maii dominica ante litanias (ib. IV, p. 638, 696), Willibrordus archiepiscopus Fresonum 30 die 21. Novembris a. 695 (SS. rer. Meroving. VII, p. 122, n. 3), dum presbyteros et diaconos vespero sabbatorum ordinari voluit sedes apostolica; MG. Leges III, p. 453; Ep. III, p. 268; ed. Tangl p. 32. 2) SS. I, p. 89, a. 764: Virgilius Salzburgensem suscepit, a. 767: Virgilius consecratur episcopus. 3) 'N. Arch.' XVII, p. 211. 4) Supra p. 131.  
 35 5) Annus 784. Ann. Iuvavenses maiores, SS. I, p. 87: Transitus Virgilius episcopi et Ann. Salisburg., ib. p. 89; a. 785. Ann. S. Emmerammi Ratisponenses maiores, SS. I, p. 92, qui etiam Oportuni abbatis mortem huic anno male attribuunt; cf. S. Herzberg-Fränel, 'N. Arch.' XII, p. 106.  
 6) Etiam Fr. Fasching, 'Zur Bischofsweihe des hl. Virgilius von Salzburg' ('Jahresbericht der k. k. Staats-Oberrealschule in Marburg' 1894, p. 1 sqq.) auctoritatem Conversionis perparvi existimans die dominico nititur, quo episcopi ordinabantur, sed documenti Hibernici nescius atque V. Virgilius nimiam fidem habens ad a. 760. pervenit, quo item dies 15. Iunii in dominicum incidit. E contrario G. Strakosch-Grassmann l. l. p. 399, Conversioni iusto plus tribuens, calculum eius eo probabiliorem facere studebat, quod a. 767. in 747. immutaret, etsi eo anno dies 15. Iunii dominicus non erat. 7) A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p. 428\*. 8) MG. Concilia II, p. 72. 9) Ib. p. 96 sq.

*superstitum pro defuncto in domo sua, id est episcopali, vel  
in coenobio missas psalteriaque cantanda curaret. Unus ab-  
batum illorum Adalpertus nomine, procul dubio Tegernseensis,  
'apostolico apostolorumque imitatione colendo domno patri  
Virgilione episcopo' monachi sui obitum diemque nuntiavit  
litterasque celeriter cursum suum peragere voluit per sodales<sup>1</sup>.  
Cum Arbeone Virgilius a. 770, mense Septembri in castro  
Frisingensi convenit, cumque etiam reliqui episcopi Baiuva-  
riorum fere omnes una cum duce traditioni cuidam Frisin-  
gensi ecclesiae S. Mariae subscrispsissent, comes de Hundt  
p. 520. (p. 222) optime conieccisse \*videtur, synodum tunc ibi cele-  
bratam esse praesidente Tassilone. Praecipuus testis Vir-  
gilius Arbeoni a. 772. Frigisingae aderat praesente eodem  
duce et in castro Wels ('Oberösterreich') a. 776. traditionem  
pro domo S. Mariae firmavit<sup>2</sup>.*

*Virgilius die 27. Novembbris quo colitur a. 784. defun-  
tus in universum sedi Salisburgensi fere 40 annos praeerat  
teste poeta illo, qui titulum ecclesiae Salisburgensis compo-  
suit hunc<sup>3</sup>:*

Hic pater et pastor humilis doctusque sacerdos  
Corpore Virgilius pausat, quem Hibernica tellus<sup>4</sup>  
Disponente Deo partes direxit in istas;  
Quique regebat ovans praesentis culmina sedis  
Ferme quaterdenos caris cum fratribus annos et q. s.

*Multas ecclesias erexit eoque sedente Carantani ex sede<sup>25</sup>  
Iuvavensi ad fidem christianam ita conversi sunt<sup>5</sup>, sicut  
Scotorum monachi quondam Baiuvarios converterant.*

*Virgili episcopi nomen in Libro confraternitatum inter  
episcopos vel abbates vivos erasum est, in cuius locum Arn  
diaconus postea substituebatur, idemque m. al. inter episcopos<sup>30</sup>  
vel abbates defunctos rettulit<sup>6</sup>. Unde recte concluserunt<sup>7</sup>,  
librum et dispositione et executione admirabilem Virgilio vivo  
eodemque auctore exortum esse, et sane huius viri ingenio-  
sissimi vestigia abbatum Hyensium nomina ferre videtur  
dum Bonifatii nomen nullo verbo ibi recolitur.*

1) MG. Epist. IV, p. 497. 2) Bitterauf p. 99. 3) MG.  
Poetae II, p. 639. 4) Ita etiam inscriptio ecclesiae Salisburgensis  
inter Alcuini carmina, MG. Poetae I, p. 340:

Protulit in lucem quem mater Hibernia primum.

5) O. Kaemmel, 'Die Anfänge deutschen Lebens in Österreich', Lipsiae<sup>40</sup>  
1879, p. 198 sqq. 6) MG. Necrologia II, p. 7, 18. 7) S. Herzberg-  
Fränkel, 'Über das älteste Verbrüderungsbuch von St. Peter in Salzburg',  
'N. Arch.' XII, p. 63; A. Ebner, 'Die klösterlichen Gebets-Verbrüde-  
rungen bis zum Ausgange des Karolingischen Zeitalters', Ratisponae  
1890, p. 39.

XII. *Elementa mala bonaque Vitae Corbiniani  
ab Arbeone compositae.*

A Virgilio iussus Arbeo Corbiniani originem vitaeque virtutes et miracula ad tumulum facta descripsit eidemque viro doctissimo librum expoliendum tradidit, ut rusticatis linguae puluis tergeretur eoque magis audientes aedificantur, sicut auctor ipse in prooemio verbis contortis exposuit. Vita autem quam composuit, quod ad historicam fidem pertinet, non omnibus numeris approbanda est, sed duae partes diversae auctoritatis omnino dicernendae sunt, scilicet ea quae ad Baiuvariam historiamque ducum illius provinciae spectat, certe permagni aestimanda, a rebus Gallicanis et Italicis, quae in priore libri parte occurrunt, gravesque scrupulos attentis fontium scrutatoribus<sup>1</sup> ea iam commoverunt, quae in his regionibus gesta esse feruntur. Vera igitur cum falsis mixta auctor oculis lectorum proposuit, quae haud facile inter se distinguenda sunt, utque fortia suspicionis argumenta collegisse mihi videor, ita in tantis difficultatibus haud pauca decidi non posse consentaneum est.

Difficultates iam a loci nomine incipiunt, ubi puer postumus a patre Waltekiso et e Corbiniana matre ortus esse dicitur. Castrus vicus in regione Militonensi situs, urbs paene reicta, una cum ecclesia S. Germani in ipsa urbe condita, sed delecta, ante cuius fores parvam cellam Corbinianus sibi construxisset (c. 2), una cum ministris \*veluti Anserico cellarii praefecto officio ecclesiastico vacans et opera manuum victum cotidianum quaerens (c. 7), aliis Arpajon esse videbatur (arr. Corbeil, dép. Seine-et-Oise) vicus, qui ante saeculum XVII. Châtres appellabatur, haud procul a Melodunensi castro (hodie Melun) situs, ibique ecclesia Saint-Germain-lès-Châtres olim extabat, usque ad revolutionis tempora ad monasterium S. Germani Parisiacum ord. S. Benedicti pertinens<sup>2</sup>, sed ecclesia illa extra murorum Castrensis ambitum sita erat atque Castrus vicus ipsius pagi Castrensis

<sup>35</sup> 1) Büdinger vitam Corbiniani depingens ('Allgem. deutsche Biographie', Lipsiae 1876, IV, p. 472 sq.) et conversationem eius Gallicanam sustulit et prius iter Romanum, alterum vero episcopali eius dignitate confirmatum esse existimavit, instituta Scottorum parum attendens.  
 2) Anno 1710. Iohannes Franciscus episcopus Frisingensis de loco natali Corbiniani litteras dedit ad pastorem ecclesiae Saint-Germain-lès-Châtres Bertrand Robine de Callemont; cf. Fr. X. Sulzbeck, 'Leben des h. Korbinian ersten Bischofs zu Freising', Ratisponae 1843. Ipsius loci Castrensis ecclesia potius S. Clementi sacra est. Cf. Mabillon, AA. SS. ord. S. Benedicti Saec. III, 1, p. 501, n.

p. 521.

caput erat ad civitatem Parisiorum pertinentis, unde regioni Melodunensi haud facile attribui poterat<sup>1</sup>. Qua de causa alii<sup>2</sup> Chartrettes (cant. Châtelet, arr. Melun, dép. Seine-et-Marne) anteposuisse videntur nomen, quod nullo modo e nomine Latino Castrus formari poterat, immo collegae Melodunensi, Adolpho Hugues viro doctissimo, quem hac de re consului, vicus Chartrettes e nomine Latino Carnotulis<sup>3</sup> pendere videtur, ecclesiaeque illius patronum esse respondit S. Cornelium. Corbinianus si illis diebus in regione Melodunensi ortus esset, ad orthodoxam Francorum gentem pertinuisse neque ad respectos sacerdotes, qui Bonifatii studiis per Bainwariam resistebant. Attamen situs Castri vici, narrante Arbeone (c. 4), summis montibus et irriguis convallis silvarumque saltibus circumdati, regioni castri Maicensis in Alpibus siti magis convenire videtur quam Melodunensi<sup>4</sup> et ipsa nominis notio satis generalis, qualis nomini Castro inest, ad inventionem quandam magis spectare videtur, quam ad certum locum. Sane e posteris auctoribus, quibus fides nulla habenda est, Conradus Sacrista<sup>5</sup> Corbinianum ex ipso vico 'Maisc' oriundum esse asseruit, in quam opinionem etiam Meichelbeck<sup>6</sup> primo animum inclinasse videtur. Certe Walteki<sup>7</sup> Corbiniani patris nomen in Ordine communi virorum defunctorum Libri Confraternitatum ecclesiae Salisburgensis haud uno loco redit scriptum Waldkis<sup>8</sup>. Corbi nomen in inscriptionibus Latinis legitur in Norico repertis<sup>9</sup>, dumque patris nomen ad originem Germanicam spectat, ipsius Corbiniani nomen ad originem Celticam referendum videtur esse et habemus Pilitrudis testimonium<sup>10</sup> cum fuisse episcopum Brittanorum origine ortum. Quod cum difficilis cum patria Melodunensi conciliandum sit, bonus Arbeo in posteriore vitae parte ea oblitus videtur esse, quac in priore contendisset. Simili vero consilio Haimhramnum Francis attribuit, contendens eum Pictavis et natum et epi-

1) A. Longnon, 'Altas hist. de la France. Texte expl.' I, p. 112. Eadem de causa etiam de vico Châtres (arr. Melun, dép. Seine-et-Marne) cogitari nequit; cf. 'N. Arch.' XXXIX, p. 552. 2) Büdinger l. c. et S. Riezler. 3) Cf. Quesvers et Stein, 'Inscriptions de l'ancien diocèse de Sens', Parisiis 1897, tom. I, p. 220; A. Longnon, 'Pouillés de la province de Sens', Parisiis 1904, p. 88. 4) Ita S. Riezler, 'Abhandlungen der k. bayer. Akademie der Wiss.' (1888) III. cl., XVIII, I, p. 248, n. 1. 5) SS. XXIV, p. 319; v. infra. 6) Hist. Frising. I, p. XVI. 7) MG. Necrologia II, p. 31. 34. 37. 8) C. I. L. I, p. 271, n. 1466; III, n. 6497, p. 1836, n. 11743; d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière', Parisiis 1890, p. 498; A. Holder, 'Alt-Celtischer Sprachschatz' (1896), I, col. 1118. Nomen pro Romano habuit Büdinger l. c. 9) Arbeo, V. Corbiniani c. 26.

scopum institutum esse<sup>1</sup>, qui inter episcopos Pietavos non enumeratur, similique consilio Pirmino episcopo vaganti episcopatus Melcis castelli (hodie Meaux) ab eius biographo attributus videtur esse, quem peregrinum fuisse constat<sup>2</sup>.

\*Corbinianus utrumque nomen et patris et matris deinceps ferebat, exemplum praebens haud ita commune. Walteksi enim nomine Arbeone teste primo appellabatur, donec Corbiniana mater unigeniti amore capta suum ei indidisset nomen, quod infantulus ipse sibi assumpsisset, contempto priore. Unigenitum autem quem Arbeo Vita ineunte (c. 2) vocavit, ei 'carnalem fratrem' infra (c. 33) attribuit, fratremque eius Ermbertum fuisse primum dioecesos Frisingensis episcopum e Vitae c. 30. concludi licet, ubi 'suum' pro 'eius' acepiens fratrem ad Corbinianum etiam interpolator B rettulit. Utraque vitae pars hoc quoque loeo difficillime inter se concilianda est. Corbinianus enim patre defuneto natus ac unigenitus matris carnalem fratrem habuisse non poterat, nisi qui ex priore patris matrimonio natus esset, ideoque maiorem natu, monente Meichelbeckio (p. 25), neque vero eiusmodi opinio in fratre quattuordecim annis post Corbiniani mortem episcopo instituto totque annis post defuncto ita facile admittenda est. Si autem e duabus traditionibus sibi oppositis altera reicienda est, posteriori vitae parti maiorem fidem habeam iam ea de causa, quod Ermbertus ille Arbeonis nostri nutritor fuerat (c. 30), atque in priore parte fratris memoria adeo oblitterata est, ut Corbiniani longa itinera, antequam in Baiuaria consedisset, multis describens Arbeo nullo verbo eius meminerit.

Longa autem Corbiniani itinera talia, qualia Arbeo descriptis, multis difficultatibus laborant, nam quas attulit causae resque ibi gestae in dubium vocandae sunt neque ordo temporum convenit. Quis umquam cellula sua relicta Romam profectus est, ut strepitum mundi effugeret? GREGORIUS autem papa, quo sedente Corbinianus prius iter Roma-

1) Supra p. 9. 2) Melcis castellum una cum pago Melciano (A. Longnon, 'Atlas hist. de la France. Texte expl.' I, p. 112) ad eundem locum spectat, scilicet ad Meaux, quod cum ignorasset G. Morin, 'Revue Bénédictine' 1912, XXIX, p. 262sqq., demonstrare nitebatur, locum esse Melsbroek in Brabantia situm, nomen traditum in 'Meltis' immutans, sed demonstrare neglexit, 'episcopatum' ibidem fuisse, cuius biographus Pirminii meminit. *Inventiones in Hauckium nostrum parum politae, qui in quaestione dubia rectam viam iniisse milii videtur ('Kirchengeschichte Deutschlands' I, p. 347<sup>3</sup>), auctoris ipsius causa aegre fero, quia in ipsum recidunt. Interim quidem paenitentiam egit ('Revue Bénédictine' 1914, XXXI, p. 178sqq.), sed dc conjecturis suis nihil remisit (cf. 'N. Arch.' XXXIX, p. 550sqq.).*

num suscepisset (c. 7), ut res adversas suas deploraret, scilicet affluentibus et homines et divitias, *quas non quaesisset*, die 19. Maii a. 715. *demum consecratus est neque iter illud alteri ad Pippinum maiorem domus a. 714.* iam defunctum praecessisse potest, quod in c. 10. subsequitur. Neque immutandis nominibus aut principis Francorum aut papae aut transponendis rebus, quod qui nuper in hanc vitam inquisivit proposuit<sup>1</sup>, dubia removentur, atque de altero papa vix cogitandum est, cum Gregorium cum conversione Baiuvariorum arte coniunctum esse viderimus. Nihil igitur restat nisi totum iter Romanum cum Büdingero expungere, atque ea quae Gregorius ea occasione gessisse fertur consiliumque, quod Corbinianus tunc persecutus esset, ratione carere egregius A. Hauck<sup>2</sup> recte monuisse mihi videtur.

Gregorius scilicet papa Corbiniano singulari solitudinis amatori sacerdotalem honorem et virgam pastoralis regiminis contulit, immo eum ad summum pontificalem honorem per singulos gradus deduxit atque ipso pallio ornavit (c. 9) nec his contentus potestatem addidit praedicationis officium exercendi, ubicumque per universum orbem potuisset. Tanto privilegio impetrato Corbiniani doctrina per universam Galliam moribus et virorum et feminarum revirescentibus paulatim crescere coepit, qui tranquillitatem et paupertatem quae siturus cellulam suam reliquisset, ut Romae praediis beati Petri emptis cum sodalibus suis consisteret, totque honores ecclesiasticos primo iectu a sede apostolica assecutus erat, quot ne Bonifatius quidem a duobus papis compluribus itineribus Romam factis post summos fidei triumphos reportaverat omnes, nec pro ipso praeter pium fervorem, honestatem vultus, formam pusillam, membris tamen nobilitatis originem demonstrantibus, quicquam afferri poterat (c. 8) ad tantam liberalitatem fundandam.

Quantus autem honor solo pallio simplici cellulae S. Germani conditori a papa tribuebatur<sup>3</sup>! Primum Caesario episcopo Arelatensi a. 513. Symmachus papa illud concesserat<sup>4</sup>, quo per omnes Gallicanas ecclesias uteretur, atque p. 523. episcopi Arelatenses ut \*agentes vices apostolicas eodem ornatu deinceps distinguebantur. Prisca autem consuetudine honor pallii nisi exigentibus causarum meritis et fortiter postulanti dari non debebat<sup>5</sup>. Pallium pro benedictionis cumulo habe-

1) Riezler p. 232.

2) 'Kirchengesch. Deutschlands' I, 381<sup>2</sup>.

3) C. B. comes de Hacke, 'Die Palliumverleihungen bis 1143', Gottingae 1898, p. 62 sqq.

4) MG. Ep. III, p. 40; cf. SS. rer. Merov. III, p. 438.

5) Gregorii ep. ad Brunichildem a. 597; MG. Ep. II, p. 6; Jaffé, Reg. n. 1491<sup>2</sup>.

batur a Gregorio II.<sup>1)</sup>, eodem, qui Corbiniano illud coneesisse dicitur, atque sacri pallii munere ornatus Bonifatius Gregorio III. teste inter archiepiseopos numerabatur<sup>2)</sup>, unde in V. Bonifatii (e. 6, p. 35) archiepiseopatus pallium appellatur, et non solum proprias paroecias procurare debebat, sed etiam ceteros episcopos ad synodales conventus conveoare et visitare poterat<sup>3)</sup>. Corbinianus si una cum pallio praedicationis officium per universum orbem a Gregorio papa aceperisset, multo maiorem potestatem meritus esset Bonifatio, cuius potestas primo per Germaniae gentes, ex anno denum 744. per omnem Galliarum provinciam patuerat: tanti autem nominis cellulæ illius conditorem fuisse mea quidem opinione statuere non licet, cuius cultus Baiuvariorum fines vix excessisse videatur.

Iter illud Romanum exemplo Bonifatii confitum esse primus Büdinger l. c. conieerat nee a veritate aberrasse mihi videtur, nam non solum honores domum reportati in hanc sententiam trahunt, sed etiam ex sermonis similitudine argumenta colligenda sunt, quibus opinio illa confirmetur. Uterque et Bonifatius et Corbinianus 'oratione' faeta in 'Petri' ecclesia eiusdem Gregorii II. papae 'pedibus' aut 'plantis' advolutus est itemque papa utrique, eum 'ab eo' 'inradiantibus' verae lueis radiis homines conversi essent seu ut 'ab eo irradientur', 'gradum' episcopalem imponere voluit et 'pastorale' regimen tribuere, atque uterque cum papae 'contradicere' non auderet, 'consensit':

## V. Bonifatii e. 6.

Sed quia contradicere huic tanto pontifici apostolico sedi praelato non auderet, consentit etiam et oboedivit.

Episcopalis igitur dignitas non solum utriusque et Bonifatio et Corbiniano invito ab eodem papa collata erat, sed etiam Arbeo ipsius Bonifatii Vita usus videtur esse, qua re etiam quo Willibaldus hanc seripserit tempus ad Vitae Corbiniani originem aliquo modo definiendum crit.

Neque melioris notae alterum iter Romanum mihi videtur esse, quod iterum supervenientibus tumultibus divitiisque quietatus amator solitudinis suscepisset, ut sub patrocinio beati Petri in monasterium reiperetur, illudque conversatio

## V. Corbiniani e. 9.

tantum patrem ne contradicendo contristaret vel divine voluntati resistere videbatur, coactus consensit.

1) Ep. Gregorii II, a. 725; MG. Ep. III, p. 701. 2) Ep. Gregorii III. c. a. 732. ad Bonifatium, ed. Tanol, p. 49. 3) Bonifatius ad Cudberhtum a. 747, ed. Tanol, p. 162sqq.

septennis (c. 14) in cellula Germani praecesserat, cum quatuordecim annos ante prius iter Romanum ibidem transegisset, mira quadam congruentia aequalitateque, quam Büdingerus cum intervallo bis séptem annorum Iacobi pátriarcae pro uxoribus suis servientis (Gen. 29) comparavit. 5 Corbinianus igitur episcopus ordinatus atque etiam pallio decoratus iura episcopalia minime exercuerat, ne dicam pallii praerogativam episcopos visitandi, sed more Scottorum vitam coenobialem degerat atque Romam profectus a papa iterum gratiam petivit (c. 20) in coenobium seu cellulam se recipiendi, 10 licet talem modo reliquisset. Ipsius causa Gregorius papa synodum convocavit, in qua una voce sententia lata est, Corbinianum reverti oportere neque munus a papa iniunctum ei dimittendum esse. Neque vero in cellulam S. Germani revertit, sed in Baiuvaria constituit. 15

Raro sane monente probo Meichelbeckio<sup>1</sup> contigit, ut synodus pro ventilanda episcopi cuiusdam causa missionem p. 524. suam petentis a papa congregata esset, et rarius \*fortasse, ut cellulae Gallicanae conditor tranquillitatis causa Romam aufugeret ad alteram ibi cellulam acquirendam, neque de 20 synodo illa Romana praeterea quicquam notum est, quam solius Arbeonis testimonio nisi in conciliorum corpora admiserunt<sup>2</sup>. Adventum Corbiniani ad sedem apostolicam describens Arbeo iterum cum V. Bonifati<sup>3</sup> quodammodo convenire videtur, scilicet episcopum ad Romana 'moenia' profectum 'oratione' ad Petri sepulchrum facta Gregorii papae vestigiis se stravisse huncque eum surgere et iuxta se 'sedere' iussisse, sed personae utriusque episcopi admodum inter se differunt, cumque Bonifatius quam maxima plebis multitudine conversa honores ecclesiasticos gradatim ob merita sua ad- 30 eptus esset, quos deponere non cogitabat, Corbinianus cellulam sua secretiorem locum desiderans honores suos apud papam deprecari visus erat, quos in priore itinere absque merito tam abundantanter assecutus erat, ut vix quicquam adhuc addi potuisset. Uterque 'benedictionem' a papa accepit, licet uterque tam diversa ratione iniuncto sibi praedicandi officio studuisse.

1) Meichelbeck, *Hist. Frising.* I, p. 12. 2) Hanc synodum Romanam a. 724. A. Heféle, 'Concilien geschichte', Friburgi 1877, III, p. 362<sup>2</sup>, attribuit, cui ne levis quidem suspicio incidisse videtur, sed 40 P. Ewald Jafféi Regesta I, p. 251<sup>2</sup>, renovans eam pro spuria habuit, bonoque iudicio usus A. Bruckmann, *Germania pontificia*, Berolini 1911, Vol. I, p. 331, itinera Corbiniani Romana una cum synodo et pallio facta esse statuit ad itinera privilegiaque Bonifatiana. 3) V. Bonifatii auctore Willibaldo c. 6. 45

*Secretiorem viam quietis amator ex territorio Melodunensi Romam usque ingressus erat per Alemanniam, Germaniam, Valeriam (c. 15), quo nomine Ractiam sive Baiuvariam Arbeo distinxit; recto enim calle Baiuvariorum 5 fines vix tangere poterat, in quibus eum episcopum constituisse certum est. Cum Grimoaldus dux peregrinum comparticipem filiorum suorum se facturum esse promisisset, honorem humilitate sua ille aspernatus est, quem si accepisset, hodie fortasse inter duces Baiuvariorum numeraretur. Munera autem 10 oblata non contempsit, licet propter divitias cellulam suam modo reliquisset.*

*Bina equorum furga Corbinianus in Italia passus erat bisque vindicta divina mox secuta est et bis duceni solidi praeter equos ei pro multa restituebantur (c. 21 sq.). Princps 15 Langobardorum in castro Tridentino constitutus (c. 16) sive comes tribunus aut tribunus (c. 22), cuius iussu caballus admissarius Corbiniano clam exceptus erat, Husingus appellatur nomine fortasse apud Frisingenses<sup>1</sup> vulgatiore quam apud Langobardos. Accidunt bina piscium miracula et ipsa 20 in Italia patrata (c. 17 sq.), quae bina VI. feriis iciuniorum escam coquinae abundantiter ministrabant. Ex his iterum mira aequalitate sese subsequentibus prius monente S. Riezler cum simili Vitae Cuthberti<sup>2</sup> ferc convenit, cui iter facienti puer piscem attulerat exceptum aquilae in ripa sedenti.*

*Italia relicta Corbinianus in castro Maiensi a custodibus 25 Baiuvariorum retentus est, donec legati a Grimoaldo duce reversi mandatum rettulissent, ut vel coactus ad palatium deduceretur (c. 23), sed quam ob causam apud Baiuvarios mox restiterit, quos deinceps non deseruit, ex Arbeonis verbis 30 intellegi nequit. Alterum iter Italicum ut ratione caret, ita apostolatui Corbiniani Baiuvarico parum lucis afferre videtur atque synodus Romana una cum miraculis dubiae fidei totam posterioris itineris narrationem in eandem suspicionem vocat, quam prius nobis attulit.*

*Bina ex iis quae dixi miraculis, scilicet quomodo pescatores Anserico ministro 'reclausiae' (c. 19), i. e. cellulae S. Germani, piscem eripere conati iussu Corbiniani flagellis caesi essent, deinde quomodo admissarius iussu Husingi ablatus veretro nudato equam solam superstitem relictam sequeretur (c. 22), quem miserabiliter deformatum Ansericus*

1) Husine in chartis traditionum ecclesiae S. Mariae Frisingensis testis inter laicos post comitem citatur a. 806/7. 817. 828 (ed. Bitterauf l. l. I, p. 216. 324. 490). 2) Beda, V. Cuthberti, AA. SS. Mart. III, p. 103.

p. 525. \*oculis conspexisset, in lamina argentea sepulehri 'illius', scilicet Anserici in ecclesia beati Stephani Frisingensi conditi (c. 18), sculpta erant, hoc vero miraeulum parum pudicum Arbeo e lamina, quam bis citavit, abstrahi, i. e. tolli<sup>1</sup>, iusserat, verecundiae stimulis permotus. Arbeonis sermo tam obseurus est, ut 'illius' etiam ad Corbinianum referri possit, ad quem monumentum pertinuisse et Nagel<sup>2</sup> et S. Riezler statuerunt, isque existimavit tam pretiosum sepulchrum ministro cuidam vix exstructum esse. Interea laminae sepulchri illius (c. 19) nullum aliud sepulchrum praeeedit nisi Anserici (c. 18), atque Arbeo ipse gloriatur se corpus eiusdem Anserici in ecclesia S. Stephani sepelivisse; Corbiniani vero sepulchrum in eo qui superest textu non commemoravit neque ad illud transiisse potest nisi in fine deperdito. Ut ecclesia maior S. Mariae sepulchro Corbiniani honorabatur, ita ecclesia S. Stephani in monte vicino sita sepulchro ministri eius, ibique etiam domus sive monasterium constructum erat, ubi Corbinianus potissimum conversatus videtur esse. Si lamina illa alio auctore manu artificis composita videtur esse atque Arbeone, qui Anserici seu cuiuslibet personae corpus cum ceteris sepulturae tradidit, de 'principibus regionum'<sup>3</sup> fortasse cogitandum est, cumque etiam S. Riezler (p. 232) monente res in picturis illis argenteis traditae non accipienda sint nisi cum grano salis, pro parva earum auctoritate intervallum haud mediocre a Corbiniani aevo ad laminae originem statuendum est. Nec maioris auctoritatis primum quod de eodem Anserico rettulerat miraculum (c. 3) est de musto spinam eiciente.

Miracula illa quo minorem fidem mereantur, eo magis lamina illa artificii causa memoria digna est, tam vetustis temporibus inter gentem tam rudem sculpta. Quamquam artificis nomen ignoramus, tamen compertum habemus<sup>4</sup>, iam Iosepho episcopo Frisingensi artificem malleatorem, cui nomen Romanum erat Aletus, i. e. Alethius, adstitisse, traditum ei a. 759, ut in 'cammiedibus'<sup>5</sup>, i. e., nisi fallor, caminatis, episcopi serviret, isque Cawoni donatori postea ea condicione commodatus erat, ut ex eius servitio rediens in dicionem ecclesiae S. Mariae Frisingensis redigeretur. Hic seu discipulus eius laminam sepulchri Anserici composuisse potest

1) Ita verbum intellegendum esse neque sensu recentiore pro 'zeichnen', sicut S. Riezler p. 230. statuit, primus perspexit P. Geyer. 40

2) Nagel, 'Deutsche Kunstwerke aus dem 8. Jahrh.' ('Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit. Neue Folge', Norimberga 1876, XXIII, col. 232).

3) Cf. V. Haimrammi c. 35 (p. 80, 12). 4) Cf. J. Sighart, 'Der Dom zu Freising, Landshut 1852', p. 9. 5) Bitteraufl l. l. p. 42.

*similiterque Ratisbonenses artifices suos habebant, qui Haimhrammi sepulchrum sculpturae varietatibus, auro argentoque ornaverant<sup>1</sup>.*

*Alterum sepulchrum in villa Pripinhusir, hodie Wippenhausen prope Frigisingas, monstrabatur, quo Adalpertum et ipsum Corbiniani ministrum conditum esse crecebant, nonnullique Arbeonc asscrcnte tunc supererant, qui eum familiariter cum patrono vixisse novissent ‘ex nomine’, non ex persona (c. 13). Cum vero quadraginta anni post Corbiniani mortem interim practerissent, ea quac tunc de Adalpero se-pulchroque eius inter rusticos villac illius narrabantur credi vix possunt nisi examinata, cumque vix quisquam suspensus per triduum advixerit, sicut Adalpertus orationibus Corbiniani, latronis illius res gestae, qui conversus habitu mutato sub Corbiniani magisterio post multa annorum spatia finem vivendi fecisset, in dubium vocandae sunt ordinemque temporum parum convenire supra exposui.*

*Ipsius magistri imago talis qualem Arbeo descriptsit a consuetudine veterum Brittanorum, Columbani discipulorumque eius, haud mediocriter differbat principumque vestigia Corbinianus magis imitatus videtur esse, sicut fere participes ducum Baiuvariorum factus erat. Equo vehebatur<sup>2</sup> ex S. Stephani monte in ecclesiam S. Mariae Frisingensem ad vespertinas laudes cclebrandas progressus equosque tam speciosos possidebat, \*ut a principe ei invidetur (c. 16), neque p. 526. vestitus eius a principum multo discrepasse potest, cum Pippinus maior domus pretiosissimum indumentum suum cido dono deditset (c. 5). Etsi divitias non amavit (c. 26), munera tamen multa aut non modica a principibus aliisque oblata accepit. Iracundiac et violentiae adeo deditus erat, ut mulierem rusticam magicis maleficiis deditam propriis manibus caederet pedeque tripodem in Grimoaldi ducis palatio sterneret (c. 26). Quamvis velox ad irascendum esset (c. 8), tamen ad ignoscendum non piger piscatoribus cum Anscrico congressis duos tremisses post flagella dari iussit (c. 19), sicut furi tres argenteos donaverat (c. 4). Attamen Arbeo nec Corbinianum viderat nec cius mores expertus erat, sed crudelitas quaedam naturae scriptori ipsi inerat<sup>3</sup>, qui imaginem patroni depingens hic illic suam ipsius oculis habuisse videtur.*

*Consilium vero solam veritatem cnarrandi Arbeo neque in V. Haimhrammi neque in V. Corbiniani probavisse videtur,*

1) Cf. V. Haimhrammi c. 35. 2) V. Corbiniani c. 29: ex equo prosiliens; cf. c. 30. 3) Supra p. 7.

cumque utriusque episcopo falsam originem attribuerit, ut ordinationem Britannicam velaret, in Corbiniano se ipsum redarguit, despctum originem fortuito detegens (c. 26), cumque hoc loco veritatem dixisse inter omnes constat<sup>1</sup>. Eodem consilio bina itinera Romana dictata sunt, quibus Corbiniano similis atque Bonifatio auctoritas ecclesiastica vindicatur, quique episcopum Baiuvariorum 'per universum orbem' praedicandi facultatem a papa accepisse et 'per universam Galliam' doctrina sua innotuisse (e. 9) aut 'per orbem' (e. 25) affirmare ausus est, eum plura affirmasse, quam quac in se recipere potuisset, mihi quidem persuasum est.

Certe ea maiore fide digna sunt, quae ad res in Baiuvaria gestas spectant, eauc quae de Pilidrudis fatis Arbeo rettulit a Continuatore Frdegarii (c. 12) partim confirmantur. De insidiis ciudem mulieris (c. 30) procul dubio per Ermbertum episcopum, Corbiniani fratrem, certior factus erat, quo nutritore usus erat, cum prima sua stipendia apud ecclesiam S. Mariae Frisingensem faceret. Post eius mortem autem circiter viginti anni interim praeterierant, ita ut fratri eius vitam describens vera cum falsis miserabiliter mixta facile proferre posset, ctiamsi veritati magis studuisset quam studuerat. Magata puella illa, quae oceasione translationis Corbiniani c. a. 725. de concubitu sancti viri se iaetaverat, paralysi contraeta ctiamtum vivebat (c. 36): Quae, inquit, in sua permansit claudicatione usque in praesentem diem, sed inter paenitentes perfectam tunc gerere putabatur vitam et sane quadraginta annis provectioni interim facta erat, ita ut laseviae suae eam facile paenitere potuisset. Hanc quidem auctor ipse mendacii arguit. Miraculum, quod puer in ecclesia Valentini Maiensi constitutus Arbo passus erat (c. 40), idem episcopus factus descriptis, ita de sua persona concludens: nostrisque, inquit, temporibus, dum non propriis meritis, sed divine largitatis munere huius episcopatui praesse fecisset.

Atquc episcopus factus Arbeo alteram Corbiniani translationem eo quem descriptis modo haesitans ipse perfecrat neque solum ad memoriam patroni eiusque miracula celebranda Vitam composuit, sed monente S. Riezler imprimis eo consilio, ut translatio illa aliquo modo excusaretur, qua satis violenter in defuneti voluntatem actum erat. Ea autem quae sibi proposuerat rationibus quibus poterat persecutus est at-

1) Cf. S. Riezler l. l. p. 235.

que amici ei assistebant, veluti Sindperti eoepiscopi, scilicet Ratisbonensis, revelatione adiutus est (e. 41), ut corpus c<sup>5</sup>astro Maiensi transferretur. Sonus validior tonitru, qui eruto sarephago subito eruperat, eum tanto timore ministros Frisingenses affecisset, ut humi prostrati velut exanimes facti essent (e. 43), Arbeoni consensum patroni designare videbatur, ut corpus ad pristinum loeum reduceretur, atque tortuosus ut erat natura sonum illum cum buena comparavit iussu divino perstrepente, eum populus Israeliticus ad movenda <sup>10</sup>castra \*voearetur (*Num. 10, 2*), neque opinionem suam in p. 527. dubium vocare permisit: itaque, inquit, haec, ut praediximus, fieri, fidelium quis dubitet? *Etiam fontem montis S. Stephani per 40 annos aridum relictum testem proferebat ad voluntatem patroni probandam.*

<sup>15</sup> *Miracula Arbeo enarravit ‘ingentia eximia erga tumulum’ et primo ea, quae ad tumulum Maiensem facta erant, in e. 39. 40, deinde quae in ipso itinere contigerant parum mirabilia. Manus aridae restituebantur, ubi primum vectibus feretri impositae sunt (e. 45), et daemonicus ab immundis <sup>20</sup>spiritibus purgabatur (c. 46). Hunc Arbeo episeopus cum plebe sua occurrens humi repente subter corpus patroni mitti iussit, ut sanitatem recuperaret, qui ulterius in morbum minime incidisse probabatur, unde annos nonnullos post translationem a. 765. factam praeterisse conieci licet. Ex portu <sup>25</sup>Aeni annis, ubi Arbeo eum suis se adiunxit, agmen in campum quendam progressum est, qui eruee signatus deinceps tot miraculis abundabat: quot stilus scribendi non sustinet modum, noeteque transaeta (e. 46) pergentes eos a castro Frisingensi haud longe abfuisse oportet. Defieientibus vero <sup>30</sup>ecclieibus et adventus et sepulturac descriptio periit. Cum ultima verba ita ediderit S. Riezler: Deinde vero nos deambulantibus monasterium, monasterium hoc pro ecclesia maiore (nobis ‘münster’) habere poterat, sed lectionem falsam anteposuit, nam eum Pertzio nostro in crastinum pro monasterium <sup>35</sup>legendum est. At corpus Corbiniani re vera in ecclesia S. Mariae conditum est neque haud ita multa verba cum calee libri periisse in alteram reecensionem B inquisiturus infra exponam.*

*Origo Vitae Corbiniani ipsius translationis anno attribui* <sup>40</sup>nequit, sed intervallum quoddam annorum intercesserat, eumque translatio ex anno 769. in annum 765. nunc promovenda sit, anni hunc insequentes in deliberationem eadunt. Alterum terminum e charta quadam Frisingensi erui hunc. *Die XIII. Kal. Febr. anno XXII. Tassilonis ducis, scilicet a. 769.*

p. Chr.<sup>1</sup>, non 770, quem annum comes Hundt statuerat, cum possessio quaedam et ecclesia eodem die ab Arbeone episcopo dedicata ecclesiae S. Mariae Frisingensi iterum firmaretur, Heripald notarius iussu eiusdem episcopi chartam conseribens a testibus ad consuetam comminationem his verbis transiit: Sed ad superioris redeamus ordinem<sup>2</sup>. Quae formula ut a chartarum sermone discrepat neque in persimili eiusdem notarii charta<sup>3</sup> a. 776. legitur, ita fere eadem in V. Corbiniani c. 28. ex. occurrit: Sed ad historiae narrationis redeamus ordine, ibique apte collocata Arbeonem ad a. 765. digressum ad patroni aevum revocat<sup>4</sup>. Heripaldo igitur Vitam Corbiniani a. 769. mense Ianuario notam fuisse manifestum est, ideoque ante hunc terminum origo eius collocanda est<sup>5</sup>. Quanti momenti Arbeonis sermo hagiographicus ad chartas Frisingenses prescribendas fuerit latius perseguiri non vacat, sed chrono pro tempore sicut ille<sup>6</sup> et idem notarius adhibuit et Sundarherius diaconus, qui inter annos 765. et 791. chartas Frisingenses scripsit, isque in eadem charta a. 774.<sup>7</sup> locum e V. Corbiniani c. 41. depromptum iteravit<sup>8</sup>. Idem etiam alibi diligentem sermonis episcopi sui imitatorem se praestitit, vir a locupleti familia oriundus, qui hereditatem suam ecclesiae S. Mariae et S. Corbiniani a. 791. tradidit<sup>9</sup>.

p. 528.

### \*XIII. Sermo Arbeonis.

Arbeo praeter Scripturam sacram auatores quosdam ecclesiasticos legerat, cumque de Corbiniani rebus gestis vix quicquam ante eum scriptum esset, res tam miras tamque inauditas de eodem enarravit, ut saepe interrogans<sup>10</sup>: ‘Sed quid mirum?’ vim patroni mirabilem exemplis cum aliis tum sacris allatis confirmare deberet, veluti Heliae et populi Israelitici. Unum Corbiniani miraculum praeterea nulli nisi sanctis vetustissimis Paulo Antonioque successisse iactabat<sup>11</sup>, sed loeo corvi, quem escam ministrasse apud Hieronymum in V. Pauli<sup>12</sup> legerat, ipse aquilam adhibuit. Cum miraculis

1) Cf. Bitterauf I, p. LVII. 2) Ed. Bitterauf I, p. 58. 3) Ib. p. 96. 4) Etiam in V. Haimhrammi c. 31 (p. 73, 9) Arbeo similia scripsit: Sed — redeam ad ordine. 5) Comparanti mihi cum Vita Corbiniani (c. 34, 41) Vitam Huberti (c. 12, 18) similitudines nonnullae et rerum et verborum occurrebant, quae si non casu contigerint, Arbeonis librum paulo post originem expilatum esse probent. Cf. SS. rer. Merov. VI, p. 474. 6) V. Corbiniani c. 26: cottidianis insistere chronis. 7) Ed. Bitterauf p. 93. 8) Locum in editione mea c. 41. adnotavi. 9) Ed. Bitterauf I, p. 145. 10) V. Corbiniani c. 4. 12. 43. 11) Ib. c. 17. 12) AA. SS. Ian. I, p. 606, n. 12.

quam maxime studuerit, uberem messem e Gregorii *M. Dialogis*<sup>1</sup> colligere poterat, ad quos in primis sermonem suum formasse videtur, hic illuc flores nonnullos decerpens<sup>2</sup>, cum que miraculum quoddam Scholasticae sororis *S. Benedicti* in 5 *Dialogis II*, 33, legisset, ipso sexu fragili<sup>3</sup> mulieris nititur ad figmenta sua confermando verbaque ciudem miraculi nonnulla ei etiam libro exente in mentem venerunt<sup>4</sup>. Ad regulam *Benedicti*, quam eius aeo in dioecesim *Frisingensem* inductam esse supra exposui<sup>5</sup>, consuetudinem vitae monachorum 10 descriptsse videtur, sed licet 'sanctae conversationis regulae' (c. 6) et 'huius vitae normae' (c. 7) meminerit, tamen auctorem non nominavit.

In universum Arbeo ex sese aptus suam viam inibat neque expilabat ea quae alii excogitaverant, cunque ingenio 15 ad narrandum fertili florentique fingendi facultate praeditus esset, vivido animo fabulas suas stupendas, miraculis superstitionibusque conditas exposuit neque res saevitia sordeque plenas abhorrebat. Ipse se Baiuvariorum genti attribuit recens conversae<sup>6</sup>, qui ex ipsa regione Maiensi exortus videtur 20 esse, atque innumeri sermonis eius naevi in chartis ecclesiae *Frisingensis* redeunt, cuius episcopus *Ermbertus* nutritor eius fuerat. Toti autem barbariei eiusdem fundamentum rhetoricum substratum est, quo docemur summis in his *Alpibus* scholarum antiquarum speciem quandam usque in *VIII.* saeculum viguisse. Et primo verba ut pictores varietatem colorum tam artificiose disponebat, ut inter se cohaerentia vix cum magna prudentia colligi possint, atque miram hanc verborum collocationem viri rei metricae periti<sup>7</sup> ad cursus rhetorici leges rettulerunt. Sane liber contorto illo sermone 25 scriptus ut a clericis semidoctis eiusdem aevi procul dubio pro opere praecipuae artis habebatur, ita a rusticis Romane loquentibus pagi *Venustici* intellegi vix poterat. Pronomen relativum Arbeo secundo loco posuit<sup>8</sup>, praepositiones postposuit<sup>9</sup> aut verbo interposito a substantivo abstraxit<sup>10</sup>; immo 30 compositum interponens vocabulum aliud in partes suas divisit artificio<sup>11</sup>, quod 'scinderatio sonorum' a *Virgilio Marone*

1) Cf. supra p. 7. 2) Cf. c. 3. 5. 7. 13. 17. 20. 24. 39. *Locos similes* indagavit *W. Levison sodalis*. 3) *V. Corbiniani* c. 12. 4) *Ib.* c. 43. 5) Supra p. 128. 6) *V. Corbiniani* c. 15. 7) Cf. *W. Meyer*, 'Göttinger gelehrte Anzeigen' 1893, p. 26. 8) *V. Corbiniani* c. 8: sensus quibus zelis accensis in deificum fervebatur opus; c. 21: gesta que per viarum fuerunt spatia. 9) *Prol.*: tumulum erga, c. 41: haec contra. 10) *V. Corbiniani* c. 6: ultra amittere consuetudinem. 11) *Ib.* c. 4: per — non — emissent; c. 26: satis pollicebatur factionem; 45 cf. *V. Haimrammi* c. 18 (p. 52, 19): alti Deo throni. *De huius artis*

grammatico appellatur. Haud pauci loci in adnotatis ad sensum in ordinem redigendi erant, ut textus intellegi posset. Vocabulum ordinarium ‘equus’ evitans more poetarum medii aevi ‘Iberus’ vel ‘Hiberus’ eleganter scripsit<sup>1</sup>, sed alibi vulgarioribus elocutionibus ‘ammissarius’ et ‘iumentus’ vel ‘iumenta’ usus est<sup>2</sup>. Nomen Valeriae provinciae Romanae sensu alieno adhibuit<sup>3</sup> et ‘Altemania’<sup>4</sup> pro ‘Alamannia’ perversa etymologia scripsit, sicut vetustus Galli biographus. E Graeco pendet praeter ‘chronus’, cuius supra iam memini, nomen ‘satrapes’ (c. 15. 42), quod etiam in charta ab ipso Arbeone p. 529. a. 763. \*scripta occurrit. Aliquot vocabula veluti exequium (c. 13), fulsio (c. 12), inlecebrus (saepe) nisi per Glossaria vetera explicari nequeunt.

Etsi Arbeonis sermo pro lingua rustica castri Maiensis haberi nequit, tamen in eius libro menda nonnulla reperiuntur, quae ad hanc originem referenda esse videntur. Collegium enim ita declinavit: nom. collegio (c. 15), dat. collegioni (c. 20), vocabuloque tertiae declinationi adacto genus femininum attribuit. Cum Italis igitur Arbeo collegio loquebatur, non collegium, et prouniunctionem ipsius aliquo modo Italicanam adaequasse ex formis traduediam pro tragoediam (c. 15) aut Trigentinus pro Tridentinus (c. 16. 41) concludendum est (Ital. ‘giorno’ pro ‘diurnus’). Certe castrum Maiense in pueritia eius Langobardorum dicioni subditum erat atque Ermbertus nutritor eius ut ante mortem Corbiniani in Italiam profectus est (c. 33), ita linguae Italicae peritus fuerit necesse est. Vocabulum autem fasti diei (c. 18), i. e. ieunii, nobis ‘fasttag’, e nostro scrmone pendere videtur, et per se patet Arbeoni non solum nomen Germanicum fuisse, sed etiam eum clericum et episcopum ecclesiae Frisingensis factum cottidiano usu in nostra lingua exercitatum fuisse. Homo autem bilin-

origine haec philosophatur Virgilius Maro (Epitomae c. 13, ed. J. Huemer, 1886): Primus Aeneas apud nos fona scindere consuetus erat. Quod cum ab eo diligentissime percunctarer, cur hoc faceret: ‘O fili’, inquit, ‘ob tres causas fona tinduntur: prima est, ut sagacitatem discentium nostrorum in inquirendis atque inveniendis his, quaeque obscura sunt, adprobemus. Secunda est propter decorem aedificationemque eloquentiae. Tertia, ne mystica quaeque, et quae solis gnaris pandi debent, passim ab infimis ac stultis facile repperiantur, ne secundum antiquum sues gemmas calcent: etenim illi didicerint hanc sectam, non solum magistris nihil agent pietatis, nihil honoris reverentiaeve inpendent, verum etiam porcorum more ornatores suos laniabunt’. Scinduntur etiam praepositiones Terrentio dicente: ‘quidque faciemus abs te?’, hoc est dicere: ‘absque te quid faciemus?’.

1) *V. Corbiniani* c. 11. 16. 21. 22. 2) *Ib. c. 22.* 3) *Ib. c. 15.*  
4) *Cf. SS. rer. Merov. IV*, p. 465.

guis, ut fieri solet, fortasse in utraque lingua deficiebat neque vocabula Latina accurate didicerat, sed similia cum similibus commutabat (cautella pro ‘caterva’, examens pro ‘exanimis’, inhians pro ‘iniens’, maceris pro ‘macies’, proficiens pro ‘proficiscens’), alia falso componebat vel cum praepositionibus contraria notione adhibitis (de- pro ‘ad-’, prae- pro ‘per-’, ‘pro-’) vel aliter (ibimet exemplo ‘sibimet’), alia misere deformabat, metathesi aut falsa etymologia usus (alena pro ‘anhela’, ridigus pro ‘rigidus’, sublectilia pro ‘supellectiles’).  
 10 Pronomen reflexivum sibi aut sibimet pro demonstrativo ‘ei’ adhibuit (c. 7. 29). Vocabula rariora aut notione aliena adhibita aut deformata plurima olim collegi<sup>1</sup>.

\*Litterae eodem fere modo inter se permutatae sunt, quo p. 531. apud alios auctores eiusdem saeculi, et quamquam in Arbeonis sermonem sane memorabilem accuratius inquisitum non est, tamen artis grammaticae periti iam animadverterunt<sup>2</sup> eum litterae a nimium indulssisse et in declinatione et in coniugatione neque vero contrarium usum satis observaverunt, nam etiam e pro a in prima et declinatione et coniugatione saepissime occurrit. Transierunt igitur prima declinatio in tertiam et secunda tertiaque in primam, sed etiam secunda et quarta inter se confunduntur. Nomina masculina cum alia tum in -or desinentia Arbeo aequa ac alii auctores pro femininis accepit et femininum neutrumque genus in masculinum vertit. Coniugationis autem ordinem consuetum eo potissimum turbavit, quod praesentia e radice perfecti derivabat, perfecta e praesentis. Inter activum et passivum parum distinxit et non solum deponentia pro verbis activis accepit, ut scriptores aevi Merowingici solebant, sed etiam sexcenties vice versa activa pro deponentibus more, qui Gregorii Turonensis aeo incepérat<sup>3</sup>, sed tam longe lateque non patebat nisi apud auctores saec. VIII, e. gr. Libri hist. Fr.<sup>4</sup>

\*Arbeonem rusticitatis suae sibi conscientium fuisse ipse in p. 535. Prologo confiteri videtur, sed tam cothurnato sermone ibi locutus est, ut fere suspicari liceat, eum pompam verborum suorum dignam esse existimasse multo magis admiratione quam emendatione. Ipsa autem sua elegantia facile ruere poterat auctor non apprime in litteris versatus. Cum enim sermonem suum ad leges cursus disposuerit, verba cohaerentia ad interpositorum casus facile flectere poterat:

1) Cf. SS. R. Meroving. VI, p. 529 sqq. 2) E. Wölfflin, ‘Archiv f. lat. Lexikographie und Grammatik’, Lipsiae 1888, V, p. 312. 3) Bonnet, ‘Le Latin de Grégoire de Tours’ p. 411; cf. p. 400. 4) Scr. rer. Merov. II, p. 218.

c. 40. contemplabantur puerum saxo cuidam coherentem  
 (= cohaerentem),  
 aut vice versa:

c. 23. sue impedimenti (= impedimentum) viae considerans  
 divine virtutis vacuam (= vacuum) non fuisse,  
 c. 34. tanti amissionis (= amissionē) patris.

*Praepositionem ad nomen proxime positum rettulit:*

c. 24. a viro Dei propinabantur sacramenta (= a viri D.  
 propinabant sacramenta),  
 c. 35. cum summis imperio curis (= c. summarum i. cu-  
 rarum);

p. 536. \*immo vocabulum separatum praetermisit:

c. 23. a totius principe [gentis desideratur; cf. c. 33: ad  
 totius principem genti] Crimoaldo,  
 et e contrario verba idem significantia iteravit:

c. 33. ne ab ipso patrimonium ab eo auferret.

*Vis autem diversarum declinationum apud auctorem ita eva-  
 nuerat, ut et adiectivum et pronomen eadem littera flecteret  
 qua substantivum, cui applicatum est, nulla grammaticae  
 ratione habita:*

c. 9. divinis largitoris,  
 c. 17. pontifici c. summi dat.,  
 c. 20. imposite honore abl.,  
 c. 26. dilecti — cani dat.,  
 c. 27. domui proprii,  
 c. 28. cuius nostri assertioni,  
 c. 30. insidiis — a suae composite coniuge<sup>1</sup>,  
 c. 32. summe honoris culmine,  
 c. 20. quaedam cellulæ dat.,  
 c. 36. quadam puella nom.,

*neque inter diversa adiectiva distingueret:*

c. 41. praecipiti et improvidi,

*casusque ita curavit, ut unum servaret:*

c. 21 (2). 30. 31. viri (= viro 1, c. 21) Dei, c. 30. mutationis  
 (= mutationē) loci,

*vel neglectis praepositionibus:*

c. 39. In cuius tertiae post sepulture noctis medie (= In  
 tertia nocte media post eius sepulturam).

*Accusativum et ablativum Arbeo eodem fere modo inter se  
 permutavit quo auctores aevi Merowingici, veluti acc. pro*

1) Substantivum exemplo adiectivi flectitur in charta Frisingensi  
 a. 774. a Sundarherio scripta (Bitterauf I, p. 92): care praenotate  
 coniuge gen.

*abl. abs. scripsit, sed praeterea etiam accusativum posuit pro dativo (c. 22. 41) et pro nominativo:*

c. 12. feminas queunt, c. 38. litteras pervenerunt,

*et e contrario dativum pro accusativo accepit, e. gr. post 5 sequi (c. 22. 23. 24. 30. 31. 36), immo genetivum pro dativo et ablativo. Praepositiones ad et in haud raro praetermisit, quibus praetermissis motionem ablativo, quietem accusativo distinxit:*

c. 30. Maiense castro (= in *M. castrum*) se contulit [at 10 c. 14: Ad pristinum se contulit musileum],

c. 31. Gallis (= in *Gallias*) secuta,

c. 37. cum venisset partibus (= in *partes*),

c. 38. ecclesiam (= in *ecclesia*) Valentini humo tradiderunt,

c. 43. ecclesiam (= in *ecclesia*) qui fuerant,

15 *immo directam viam dativo indicavit:*

c. 4. suae cellulae (= in *suam cellulam*) venire,

c. 33. Italiae (= in *Italiam*) direxit fratrem,

c. 41. divino me contuli consilio (= ad *divinum consilium*).  
Praepositionem a abundantem ablativo instrumenti adiunxit:

20 c. 26. a verbis viri Dei hoc evenisse asserens,

c. 28. baculo, a quo sustentatur.

*More auctorum saec. VIII. Arbeo haud raro participium pro verbo finito collocavit (cf. e. 16. 20), e. gr.*

25 c. 22. qui eum cognoscere dissimulans et suis sententiam silere praecipiens. Cum,

\*et pro infinitivo scripsit coniunctivum:

p. 537.

c. 6. per meditans — perduceret vitam

et pro coniunctivo indicativum in oratione indirecta (e. 20)

et saepe post ut. Pro ne ponere solebat ut ne, dum ut plane

20 omittit:

c. 29. praecipiens, cum — recessissent, — episcopum interemissa.

*Eandem sermonis indolem, eadem menda, similem pom-  
pam rhetoricae in V. Haimhrammi deprehendimus<sup>1</sup> tali,  
35 qualem nos ad codicem optimum restituimus, sed negari  
nequit hanc oratione lucidiore et paulo meliore compositam  
esse, id quod magis aliis rebus quam intervallo paucorum  
annorum explicari potest, etsi cum comite Hundt<sup>2</sup> statu-  
eris, V. Haimhrammi ante Corbiniani exortam esse. Cum  
40 autem propter fluctuantes flexiones parumque communem*

1) SS. rer. Merov. IV, p. 462 sqq. specimina sermonis collegi, quo V. Haimhrammi conscripta est. 2) Cf. 'Jahresbericht des historischen Vereins von Oberbayern' 1881/2, XLIV. et XLV, p. XVI.

*dispositionem verborum textus haud facile intellegi possit, in adnotatis interpretationi succurrere studui.*

*XIV. Vitae Corbiniani retractatae B origo et ratio.*

*Hitto episeopus Frisingensis Cozroh presbytero post a. 824. negotium imposuit uno volumine colligendi, quidquid singulis chartis traditionum contentum esset<sup>1</sup>, eiusque diligentia pretiosissima illa ecclesiae Frisingensis documenta ad nos pervenerunt, quibus in hae praefatione ad illustrandam eiusdem historiam passim usi sumus. Archetypa enim chartarum illarum a. 903. incendio perierunt, quo domus S. Mariae sedente Waldone episcopo concremata est. Quae cum a. 902. adhuc integra<sup>2</sup> stetisse videatur, damno 'noviter' passo Ludowicus rcx a. 903. die 30. Novembris curte quadam conessa subvenit<sup>3</sup>, ut ecclesia restauraretur, atque a. 906. die 8. Maii novam chartam episeopo damnum deperditarum conuesto concessit<sup>4</sup>, qua et priores renovarentur iusque episcopum inter se eligendi familiae cleroque 'iuxta priorem concessionem' paeberetur. De priore autem concessione bono Ludowico regi Waldo haec retulerat, ut il quod voluerat assequeretur:*

qualiter sanctus Corbinianus Frisingensis ecclesiae episcopus apud antecessores nostros suo interventu impetraverat plebi et familiae suae licentiam inter se eligendi episcopos post suae evocationis tempus et huius electionis securitatem scripto regalium paeceptorum firmari rogavit suamque petitionem apud eos obtinere promeruit. Similique modo omnes pastores eiusdem sedis per ordinem penes antecessores nostros eandem electionis securitatem usque in tempus Waltonis dilecti episcopi nostri obtinuerunt.

*Cum dioecesis Frisingensis diu post Corbiniani mortem condita esset primumque episcopum dioecesanum Bonifatius demum a. 739. ordinasset, ex quo ordo episcoporum sedis illius numerandus est, Corbinianus episcopus eiusmodi licentiam plebi et familiae 'suae' comparasse vix poterat, neque Suyskeno<sup>5</sup> Waldo episeopus persuasit, tale paeceptum umquam*

1) Bitterauf I, p. 2. 2) *Charta traditionis Williberti diaconi ante altare s. Mariae genitricis Dei sanctique Corbiniani confessoris* a. 902. data, Meichelbeck, *Historia Frisingensis I*, p. 410 (cf. p. 150); Bitterauf I, p. 779. 3) Ed. Meichelbeck I, p. 151; cf. Mühlbacher, 'Reg.' I, n. 2015<sup>2</sup>. 4) Ed. Meichelbeck I, p. 152; cf. Mühlbacher l. l. n. 2032<sup>2</sup>; G. Weise, 'Königtum und Bischofswahl im fränkischen und deutschen Reich vor dem Investiturstreit', Berolini 1912, p. 187. *Dc incendio et renovatione ecclesiae disserunt J. Sighart, 'Der Dom zu Freising, Landshut 1852'*, p. 24 sq. 5) AA. SS. Sept. III, p. 276.

exitisse, eius eerte eum nemo meminerat<sup>1</sup>. Quod autem fundamento \*caret, quomodo a regibus insequentibus confirmari potuisset, non video atque novitatem privilegii vcrba ipsius regis probare videntur a. 906. sancientis, ‘ut eiusdem episcopatus plebs et familia ab hodierna die et deinceps securam haberent potestatcm inter se eligendi episcopum’. Hane igitur potestatem antea non habuerant Frisingenses.

Eadem occasione eodemque consilio etiam Vita Corbiniani retractata videtur esse, ut communis utilitatique ecclesiae Frisingensis serviret, et auctoris quam maxime intererat per patroni vitam possessiones ecclesiae suae aut vindicare aut certe confirmare. Locum Caininam condigno pretio emendum Corbinianus iam in primo adventu praeparavit (c. 17), nomina possessorum perquirens, atque in ipsa emptione describenda auctor neque ‘partem Alpium’ praetermisit (c. 19) neque ‘tcstes’, ‘sicut mos est’, neque traditionem per manus Corbiniani et ‘cum testibus’, qua locus ecclesiae S. Mariae Frisingensi ‘perpetuo iure’ deinceps serviret. Etiam causam addidit, de qua Grimoaldus princeps iustum pretium pro eccllesia solvisset: ‘ut haberet iusto labore adeptum, unde animae suae remedium adquirere potuisset’, quo exemplo alii ad idem remedium quaerendum facile incitari poterant, sed venditores parum sane vocavit ‘emptores’, ita ut suum signum huic additamento ipse impresserit. Corbinianum cultis locis alimoniam pauperibus praeparasse voluit, sicut tam pium patronum decebat. Alterum locum Arbeoni omnino ignotum, qui c. 20. ab auctore B interpositum oceupat, scilicet Chorze, hodie Kortsch prope Schlanders, Grimoaldus princeps a Fausta vidua, ab illo Corbinianus aequisiverat, nongentis auri solidis solutis, quos ei Pippinus maior dominus Francorumque princeps largitus esset ‘in eleemosynam’, ita ut iam uterque et Grimoaldus et Corbinianus eundem locum ecclesiae S. Mariae Frisingensi tradere potuissent. Summam quam dixi pecuniarum pro illis temporibus ingentem fuisse vel bonus Meichelbeckius<sup>2</sup> confessus est. Unde autem memorabile patrimonii ecclesiae Frisingensis inerementum auctor cireiter 150 annis post res gestas enarrans nosse poterat? Chartas si ei praesto

1) Ec. quae in laterculo privilegiorum post a. 1074. composito (ed. Bitterauf l. l. p. 20) de illo pracepto narrata sunt: S. Corbinianus suo tempore impetravit apud imperatorem cum cirographo licentiam huic familiae perpetualiter episcopum eligere inter se, quod cirographum tempore Waltonis episcopi combustum est, ad chartam Ludowici procul dubio redeunt. Cf. infra p. 182. 2) Meichelbeck, Hist. Frising. I, p. 16.

fuisse cum S. Riezlero conicias nunc desperditas, eaedem certe nec Arbeoni praesto fucrant nec Cozroh diligenti codicis traditionum auctori, atque credi vix potest ullas Corbiniani vel Grimoaldi chartas ab utroque aut praetermissas esse aut ipsos fugisse. Sola veri similitudo auctori suspecto succurrere nequit, cuius additamenta dubiae fidei esse ex ipso temporum intervallo colligitur, et ne simile quidem veri est, chartas saeculo post in archivis ecclesiae Frisingensis extitisse, quae saeculo IX. incunabula ibi non extabant. Nec decessum Corbiniani describens 'firmitatem sui proprii conquestus in Magies', 10 scilicet bona acquisita confirmanda, auctor B praetermisit (c. 27), negativae Arbeonis (c. 33) elocationi affirmativam praemittens locumque nominans.

*Loca Meies, Cheines et, cuius Arbeo non meminerat, Chorces, anno 931. in possessionem ecclesiae Frisingensis transierunt, ab Henrico regc<sup>1</sup> Wolframno episcopo redditam, tertiusque locus una cum verbis hisce: praedium a s. Corbiniano quondam emptum ad solam Vitam B referendus est. Praedium igitur monasterio S. Corbiniani Frisingensi acquirere tunc licuit, quod eo usque ad fiscum regium pertinuerat, utque illi 'iniuste ablatum' esse erederetur, altera Corbiniani Vita effectum est, quam ante a. 931. compositam esse oportet. Mais et Kains canonici ecclesiae collegiae S. Andreeae Frisingensis postea possidebant loca<sup>2</sup>, quorum alterum Ellenhardus episcopus medio saec. XI. \*eis dono dederat<sup>3</sup>. 'Mages', 25 i. e. Mais, Oudalricus de Elsindorf c. a. 1100. cum aliis quas habebat possessionibus monasterio Benedictoburano contulit<sup>4</sup>.*

*Quae auctoritas propriis auctoris B additamentis accedit, ex uno miraculo iam intellegi licet, quod de Corbiniano apud Breones constituto addidit (c. 10), scilicet ursum sagmario comeso sarcinam eius Romam usque portasse. Idem miraculum Maximinus episcopus Trevericus item Romanum migraturus expertus esse dicitur, id quod iam Meichelbeckium non fugerat, illumque Martinus comitabatur, sicut Corbinianum Ansericus; pro sagmario vero asellus rapina ursi facta est, isque etiam onera Roma rettulit usque in locum qui dicitur Ursarii villa. Ex hoc loci nomine ursus procul dubio exortus est fabulosus, cumque origo fabulae a Vita Maxi-*

1) MG. Dipl. I, p. 64. 2) J. Freiberger, V. S. Corbiniani ('Finauer, Bibl. zum Gebrauch der bairischen Staats-Kirchen- und Gelehrten-Geschichte' I, p. 93). 3) Cf. confirmationem Ottonis ep. Frising. a. 1157. apud Meichelbeck l. c. I, p. 336. 4) SS. IX, p. 235. Cf. Mon. Boica VII, p. 461.

mini ducenda sit, auctor *V. Corbiniani B sicut Martini Ver-*  
*tavensis<sup>1</sup> expilatoribus eius attribuendus est textusque vetu-*  
*stiori Vitae Maximini propius accedit quam a Lupo retrac-*  
*tatae. Ursus autem ille oboedientissimus insignibus urbis*  
<sup>5</sup> *Frisingensis postea additus est nec deinceps a Frisingensibus*  
*suis recessit<sup>2</sup>, qui Vitae retractatae nimiam fidem habentes*  
*interpolationem secernere nequirent. Etiam eos quos Arbeo*  
*adhibuerat fontes auctor iterum inspexit non solum Scriptu-*  
*ram sacram (B c. 18), sed etiam Gregorii Dialogorum*  
<sup>10</sup> *librum II. de Benedicto (B c. 7).*

Comparanti textum *B* cum Arbeonis libro mox patet, quomodo interpolator mirabilia ad gloriam patroni sui auxerit. *Pluvia et procella per 30 dies noctesque perdurans demon-*  
<sup>15</sup> *stravit, Corbinianum in ecclesia S. Mariae Frisingensi re-*  
*quiescere nolle, sed in castro Maiensi (c. 27). Sanguis cali-*  
*dus iam e naribus corporis transferendi manavit (c. 29),*  
*cuius demum in corpore translato Arbeo mcmunerat, ideoque*  
*iterum altero loco (c. 31) auctori *B* addendum erat; sanguis-*  
<sup>20</sup> *que ille, quem vasi conditum in proximis castris infodisset*  
*(c. 29), reportantibus corpus tam vivo colore apparuit, quasi*  
*eodem die effluxisset (c. 38). Mirabilis cereorum incisioni*  
*post sepulturam odor optimus additus est (c. 31), corpusque*  
*cum elevaretur tam pulchrum et optimi coloris apparcbat*  
<sup>25</sup> *(c. 35) quam leniter dormientis. Cum minus veritati narra-*  
*tionis studuerit quam effectui, ad motus animi excitandos*  
*vocabula<sup>3</sup> cumulabat talia, qualia sunt magnus, ingens, ni-*  
*mius, valde, graviter, multipliciter, aut superlativis<sup>4</sup> honorem*  
*patroni sui augere nitebatur codemque studio inseruit tristis*  
<sup>30</sup> *(c. 14), pro nonnulli scripsit multi<sup>5</sup>. Supplevit nonnulla,*  
*quae facile subaudienda erant, velut salitas piscis reliquias*  
*(c. 14), aliaque eo solo consilio immutasse aut addidisse vide-*  
*tur, ut suam propriam auctoritatem servaret, scilicet nume-*  
*rum equarum Husingi 'fere XL et II' (c. 16), non 'plus*  
<sup>35</sup> *minus XLIII', vocabulum 'ministeriales' (ib.), quo auctor sui*  
*aevi instituta in Corbiniani transtulit, 'dilectum eius cubi-*

1) Cf. SS. rer. Merov. III, p. 568. 2) Corbinianum una cum  
*urso onusto multae picturae repraesentant; cf. Ch. Cahier, 'Caractéristiques*  
*des saints dans l'art populaire', Parisiis 1867, tom. II, p. 592.*

3) Magnus *B* c. 4. 28. 32 (bis); cum magno affectu *B* c. 17; magnis  
<sup>40</sup> que praecibus atque blanditiis *B* c. 21; cum summa humilitate *B*  
*c. 16; cum ingenti pavore *B* c. 34; nimius *B* c. 7; valde *B* c. 4. 11.*  
*28; graviter *B* c. 18; multipliciter *B* c. 8. 4) Sagacissimus, devo-*  
*tissime de Corbiniano *B* c. 1; humillime de rege Langobardorum *B**  
*c. 11; iniquissimae de Pilidrude *B* c. 24, itemque maligna mulier et*  
<sup>45</sup> *pessimae mulieris *B* c. 25, et cet. 5) *B* c. 4. 5.*

cularium' (c. 18) nuntium ad Grimoaldum missum, non 'quendam ex suis' (A c. 24), 'principis' nomen substitutum 'ducissae' (B e. 24 bis, c. 25).

Inferior auctoris et aetas et fides ex iis quoque intellegi possunt, quae praetermisit, nam hominum aut rerum cognitionem Arbeonis aeo convenientem sustulit, veluti homines, qui Adalpertum novissent ex nomine, eius et Anseriei sepulchra una eum lamina, quae tunc forte non amplius existebat, fontem montis S. Stephani per 40 annos exsiccatum, verba prima persona adhibita 'nutritorem meum' (c. 24 = A c. 30). <sup>10</sup>

p. 540. Aevum suum \*accuratius distinxit, 'multos annos' vitam duxisse scribens (c. 28 = A c. 36) Magatam pueram laseivam concubitu saneti viri se iactantem, quam Arbeo praesentem viderat, huncque non ignoravit 'postea' 'multos annos' episcopatu*m* praefuisse (e. 32 = A c. 40). <sup>15</sup>

Practermisso Arbeonis decessore Iosepho ad translationem Valentini et Corbiniani transiens Pataviam eivitatem nominavit, quam auctor vetustior tantum significaverat, moxque primam personam servavit, iam bene recordatus, quanta auctoritas auctori aequali accederet, immo eo manifestius Arbeonis personam induit, haec post coepi addens: ego Heres licet indignus ipsius Frisingensis sedis episcopus (c. 33 = A c. 41), quasi is ipse sollemni chartarum elocutione pergeret, atque etiam deinceps prima persona usus est. Neque vero chartam quandam adhibuit, sed Vitae Corbiniani primigeniae verba et iteravit et interpolavit atque mendacia sua mox ipse prodidit, pergens his verbis: cum coepiscopis meis — tractare cooperam, ubi 'fratres nostros' Arbeo citaverat sacerdotes, i. e. clericos dioecesis Frisingensis, neque episcopos. Quem cum male intellexisset interpolator, Sindpertum coepiscopum, quem clericis ille 'insuper' addiderat, practermittere coactus erat et mox (c. 34) Arbeonis iter ad principem praetermisit et capite exciente comparationem cum populo Israelitico. Ea quae de oceursu suo Arbeo prima persona enarraverat in tertiam rededit et pro episcopo agmini occurrente turmam clericorum et laicorum collocavit (c. 35 = A c. 44). Etiam miraculum subsequens (e. 36) immutavit, idem medelae genus substituens, quo Arbeo proximum patratum esse scriperat, itaque bina miracula in recensione B (e. 36. 37) similiter evadunt.

Ultimorum verborum libri Arbeonis (c. 47), in quibus codex 1 mutilus desinit, ne vestigium quidem in insequenti c. 38. recensionis B appareat, quod potius ad interpolationem B propriam e. 29. rediens de sanguine Corbiniani infosso

plura mirabilia continet ecclesiamque eo loco constructam adiungit. Cum igitur iam expendendum sit, num cum ultimo recensionis B capite 39. initium c. 47. libri Arbeonis comparandum sit, cuius finis periit, comparato utroque textu:

5      *A c. 47.*

Deinde vero, nos deambulantibus, in crastinum

B c. 39.

Inde autem moto sancto corpore beati Corbiniani, omnis coetus pontificum et aeclesiasticorum turba immensa una cum summo eorum principe Tassilone obviam occurrentes,

10      *vocabula Deinde et Inde inter se scire convenerunt neque vero statione interposita (c. 38) verba 'in crastinum' servari poterant; inter occurrentes autem Tassilo iisdem verbis 'cum summo eorum principe' distinctus est, quibus Arbeo ducem Baiuvariorum distinxit<sup>1</sup> neque vero interpolator, ita ut ea ex exemplari A deprompta esse verisimile sit. Quod si verum est, plenum Arbeonis textum auctori B praestō fuisse statuere licet neque plura e codice nostro 1 excidisse videntur quam adventus et sepultura in ecclesia S. Mariae Frisingensi una cum miraculorum significatione, pauci scilicet versus. Exemplar quod B adhibuerat neque cum codice A 1 hiabat in c. 4. neque cum A 2 in c. 16, sed erat tertius codex hodie perditus, qui similior quidem A 2 quam A 1:*

15      *B c. 3. admonitione cum A 2 (monitione recte A 1),*

*B c. 14. proclamabant; cf. proclamat A 2; conclamant falso A 1,*

*B c. 16. agnoscere cum A 2; cognoscere A 1,*

20      *B c. 24. Quod falso cum A 2; Quam recte A 1, non solum illum superavit:*

*B c. 8. sub recte cum A 1; sed A 2,*

\*sed etiam huic antependorum veram grammaticam h. l. ser- p. 541.  
vassc videtur:

25      *B c. 3. domi revertabantur, A c. 4. domum reverterentur; sed cf. A c. 27. domui confugebant (B c. 22. domi cucurrerunt), A c. 29. domi reversus (B c. 24. domi revertens), A c. 37. domui reversus est (= B c. 30),*

30      *quo textus A ad recensionem B emendandus erat.*

1) Arbeo c. 30. 35. 42: summus princeps.

Lectorem auctor *B* in c. 17. ad mandata Grimoaldi in c. 9. commemorata verbis hisee delegavit: sicut longe superius diximus. Obscurius dicta, quae minus facile intellegenda erant, aut immutavit aut suppressit, ita ut eum in rebus dubiis haud raro frustra consulueris, sed ea quoque praetermisit quae stare nequibant aut famam patroni laedere poterant, veluti c. 1. unigenitus, c. 4. pretiosissimum indumentum Pippini Corbiniano dono datum, c. 21. Brittanorum origine ortum, immo sola neglegentia negationem in c. 8. omisit. Vocabula Arbeonis parum communia illo interprete vulgatioribus cesserunt, nam pro Hiberus scripsit equus aut cavallus, pro Valeria Norica (c. 8), pro Innetini autem aliis circumquaque (c. 15). Legibus grammaticae haud apprime imbutus non paucas formas barbaras Arbeonis iteravit, alias non recte correxit<sup>1</sup>, immo nova menda commisit, veluti iugibus pro iugis (c. 35), pendebatur pro 'pendebat' (e. 7), deberetur pro 'deberef' (c. 24), dicere cum ut construxit (c. 12) atque ut et cum tam constanter cum indieativo coniunxit, ut vel coniunctivos Arbconis sustulerit. Eadem igitur de eius litterarum studiis dicenda sunt, quae de auctore Passionis Quirini Tegernscensis<sup>2</sup>.

Auctor Vitae *B*, qua usus Wolfrannus episeopus Frisingensis patrimonium ecclesiae suac a. 931. admodum amplificare poterat, cum ipsius Heredis sive Arbeonis personam sollemni more induerit (c. 33), proprium nomen latere maluit, quod in codicibus nullis legitur, nulloque verbo indieavit, se solum retractasse ea quae decessor litteris mandavisset, sed vitam virtutesque patroni se 'stilo brevissimo' explicarisse contendit, quasi primus ad hanc materiam aggressus esset, causamque scribendi fuisse voluit 'acclificationem audientium' (c. 1). Neque vero cultui tantum ecclesiae Frisingensis auctor studebat, sed eum vidimus ecclesiae S. Mariae sitae 'in castro Frigisingense super fluvium Isaram' (c. 19) parasse titulos possessionis pretiosissimos praedii Maiensis, Caininae, proprietatis Chorzes, bonaque in Maiensi eastro ecclesiae S. Mariae tradita in c. 27. clarius Arbeone distinxit, quae per principem Langobardorum eidem ecclesiae firmarentur, utque in episcopio (c. 22) pro verbis domui proprii (*V. Corbiniani A* c. 27) scribens domum episcopalem Frisingensem certius definiverat, eodem studio ad deliberationem de Corbiniani corpore transferendo transiens sedem episcopalem distinxit,

1) Cf. c. 8: poposcebat pro 'poscebat'; deposcebat A. 2) SS. rer. Merov. III, p. 10.

quo idem reducendum esset (c. 33): ad suam sedem, ubi episcopus erat. Si igitur patria condicioque auctoris ex ipsis libro colligendae sunt, veri simile videtur esse, eum fuisse Frisingensem, scilicet e clero ecclesiac episcopalibus S. Mariae.

<sup>5</sup> De Vita quadam Corbiniani satis mirabilia enarravit Bernardus Pez<sup>1</sup>, iter suum litterarium per Baiuvariam describens, scilicet perlustrata bibliotheca canonicorum Frisingensium, sc ex amicis didicisse, non paucos historici argumenti codicis vetustiores eiusdem bibliothecae penes Franciscum principem et episcopum Frisingensem asservari et: 'Inter hos', inquit, 'quidam sit, qui vitam s. Corbiniani auctore HRotroco contineat'. Codicem, qui librum tam incertae famae continuisset, B. Pez ipse non viderat, id quod ex coniunctivo 'sit' intelligi licet, neque rem pro certo affirmavit, sed 'quod si verum est', pergens, epitaphium huius Hrotroci ex codice p. 542. pervetusto bibliothecae Tegernensis, \*hodie Monacensi latino n. 19410 (Teg. 1410), saec. IX, p. 66, exscriptum exhibere voluit hoc:

Hic iacet opertus cespite telluris in aula  
<sup>20</sup> Corpore sepultus, inclitus arte,  
 Lector venerabilis, scriptor famosus,  
 Litterarum sophysta nomine Hrotrohc.  
 Hic pie vivens, feliciter migravit ad Christum.  
 Huc venientes fratres, versos quicunque legentes hos,  
<sup>25</sup> Vestris, rogit, praecibus animam adiuvate suam.

Hrotrohc illum sophistam coenobitam Tegernensis monasterii fuisse ex his versibus B. Pez collet, atque epitaphium codici postea additum est, fortasse manu saeculi X. cum aliis, inter quae illud ultimum locum occupat. In codem monasterio Tegernscensi, ad quod illud epitaphium pertinet, ctiam vetustus neque vero optimus recensionis B codex extabat (nobis B 3a). Duabus coniecturis secum coniunctis, auctorem B Sigmundus Riezler coniecit fuisse Hrotrohc illum Tegernensem. Neque vero nomen suum prodidisse credam auctorem, qui pro ipso Herede sive Arbeone haberi voluerat, neque sedi episcopali adeo deditum in monasterio Tegernensi requiram. Si praeterea de tertia Corbiniani Vita vix cogitandum est, cuius omnino nulla vestigia supersint, nihil aliud restat nisi verba Pezii satis imbecilla ad errorem quendam referrc. Sane Carolus Meichelbeck, quocum B. Pez in eodem itinere congressus est, in Historia Frisingensi celeberrima,

1) B. Pez, Thesaurus anecdotorum novissimus, Augustae Vindelicorum 1721, tom. I, p. XXVII, c. XLVI.

quam a. 1722. *Frigisingam vocatus composuit, Vitam B quam edidit 'Ariboni' attribuit neque Hrotroci auctoris ullo verbo meminit neque Vitae eius, quae si penes episcopum fuisse, eum vix fugere potuisset opus suum eidem episcopo dedicantem.*

XV. Codices editioque Vitac Corbiniani auctore  
Arbeone (A).<sup>5</sup>

Primigenius Arbeonis textus in bibliothecis latebat, donec a G. H. Pertz Londinii constituto a. 1844. detectus est<sup>1</sup>, atque per tot saecula recensio B pro vero vetusti auctoris libro habebatur. Cum vero ad solum codicem Londiniensem textum accurate recenseri vix liceret, codices hagiographicos bibliothecae Caroliruhensis perlustrans feliei casu in alterum textus pretiosissimi exemplar ineidi, initio fineque destitutum, cuius subsidio non solum lectiones prioris codicis confirmarentur, sed etiam haud pauca eius menda tollenda essent.<sup>10</sup> Tertium exemplar auctori recensionis B praesto fuerat, qua quae in A scripta erant alia confirmarentur, alia explicarentur, ideoque sola additamenta huius recensionis propria publici iuris faciendo, sicut olim animo proposueram, multorum votis non satisfecisset. Quamvis genuinus Arbeonis<sup>20</sup> textus pro fundamento habendus esset, tamen etiam haec recensio B integra ad omnes quotquot nancisci poteram codices edenda erat, neque vero quicquam in hac editione repetere visum est nisi finem in A deperditum.

Primo genuini Arbeonis libri (A) codices binos describere libet.<sup>25</sup>

1) Codex Londiniensis Musei Britannici inter Additamenta n. 11 880, sacc. IX<sup>2</sup>, qui etiam optimum Vitae Sulpicii episcopi Biturigi textum exhibit<sup>3</sup>, fol. 186'—214'. V. Corbiniani A continet in primis c. 47. verbis desinentem,<sup>30</sup> neque pagina consumpta est, sed reliquam additis neumis verba haec occupant: Memento, queso, Domine, quod sicut lutum feceris me cet. Sermonem barbarum, quem hic codex accurate scrivavit, librarius saec. XI. neque XIII. ad grammaticae leges correxit, erasa lectione primigenio, ita ut singulae litterae nisi aegre iam discerni non possent. Corrector autem codice alterius recensionis B usus est simili libris nostris B 9:

p. 543. \*c. 4. vir Dei praeciپiens, ut ex humo surgere debuisset]  
pr. m. om., vir Dei ex humo surgere iussit m. al.<sup>40</sup>

1) 'Archiv' IX, p. 487. 496. 2) Cf. 'Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum', Londinii 1884, II, p. 62 sqq.; SS. rer. Merov. VII, p. 606sq. 3) SS. rer. Merov. IV, p. 368.

*superscr. 1; eum vir Dei de humo surgere (ita B 1a. 9; resurgere rell.) iussit B;*

*c. 20. iniunctam] officium m. al. 1 cum B;*

*c. 36. utque in praesentem diem] usque dum vixit m. al. 1 cum B;*

*c. 37. Preonensium] Veronensium m. al. 1 cum B 9;*

*c. 40. sollemnia] sollemnitate m. al. 1 cum B.*

*Nonnulla menda primarius liberarius iam sustulerat.*

*G. H. Pertz b. m. exemplar, quod per amanuensem scri-*

*10 bendum curaverat, ipse accuratissime recognovit, sed vel eius peritiam codice iterum collato haud paucis locis emendare poterat Carolus Hampe<sup>1</sup> v. c. a. 1895/96, qui verba crasa insigni et acie et acumine optime restituit, sicut invento codice 2 postea probatum est.*

*15 2) Codex Caroliruhensis inter Augienses n. XXXII, formae magnae, saec. IX. in. exaratus<sup>2</sup>, quippe qui in catalogo librorum sub Ruadhelmo abate (a. 838—842) scriptorum cnumeretur<sup>3</sup>, Passionale in universum ad Calendarium dispositum exhibet, sed posterior anni pars, dies scilicet 2. Iulii*

*20 ad 23. Decembris (fol. 1—36), ante alteram collocata hacque bipartita est, scilicet dies 9. Dec. ad 28. Ianuarii fol. 46—74, et 7. Dec. ad 15. Mai. fol. 74—140. occupant. Vita Corbiniani fol. 124—128<sup>4</sup>. ad tertiam partem pertinet neque vero initium inest neque finis, incipit c. 4. ad fenestram, desi-*

*25 nens c. 37. cum corpore, atque etiam folio singulari deperdito textus a verbis c. 22: singularem, cui sequebatur ad verba c. 28: cellulae sufficeret hiat, ita ut fere tertia textus pars pericrit. Initium iam is non deprehenderat, qui saec. XV. ea quae codice continentur interiori lateri tegumenti anterioris*

*30 intulit, nam indolem textus mutili non perspiciens V. Corbiniani praeternisit neque folium singulare tunc aderat, cuius in numerandis paginis ratio facta non sit, at quaternio post fol. 128. excisus, folia scilicet 142—149. olim numerata, affuisse videntur, cum in laterculo saec. XV. eo loco epistula*

<sup>35</sup> 1) Cf. 'N. Arch.' XXII, p. 226. 2) Cf. A. Holder, 'Die Handschriften der Hof- und Landesbibliothek in Karlsruhe V. Die Reichenauer Handschriften I', Lipsiae 1906, p. 118sqq.; A. Dufourcq, 'Le passionnaire occidental au VII<sup>e</sup> siècle ('Mélanges d'archéologie et d'histoire' XXVI, 1906, p. 27sqq.); Kuenstle, 'Römische Quartalschrift' XXII, 1908, p. 17sqq.; SS. rer. Merov. VII, 574. 3) G. Becker, 'Catalogi bibliothecarum antiqui', p. 19; P. Lehmann, 'Mittelalterliche Bibliotheks-kataloge Deutschlands und der Schweiz' I, 1918, p. 254: Liber unus praegrandis, in quo continentur passiones et vitae martyrum confessorumque nonnullorum, in quo in primis ponitur passio SS. martyrum

<sup>45</sup> Processi et Martiniani.

*Chromatii et Heliodori una cum responso Hieronymi et Evangelium de nativitate b. Mariae allata sint, hodie deperdita, quae Vitam Corbiniani etiam in codice 1 subsequuntur. Codicem scriptum monachus aetate proiectior, qui primam eodicis paginam exaravit, litteris fugitivis ad ipsum exemplar emendavit, lectiones ad grammaticae leges immutatas pristinae barbarie reddens, ita ut nonnumquam eius lectiones neque manus prioris cum rudi textu 1 convenient, immo locos depravatos notavit coniecturisque nonnullos sanare conatus est.* 5  
*Posteriores librarios absque auctoritate sermonem corrigentes non euravi, ubi textus in 1 integer erat. Codex non solum lectiones primigenias exhibet, quas corrector eodicis 1 radendo laeserat, sed etiam vocabula, immo enuntiata in eodem exemplari praetermissa supplet, ita ut ad textum recensendum omnino neecessarius sit.* 10

*Codicem ipse contuli collatumque recognovi.*

*Librarius 1 o pro b et a pro u seripsit, unde exemplar, quod adhibuit, litteris scripturae ursivae similibus scriptum esse existimem:*

c. 4. veram — imbrem] 2 et *infra* 1. 2; veram — morem 1; 20

c. 16. gustus] 2 (*pr. m.*); gustas 1,

aliaque sola negligentia peceavit.

p. 544. \**Librarius 2 in compendiis explicandis lapsus est:*

c. 7. cumulum] 1; cum vel (*i. e.* cumul) 2;

c. 8. secundum] *sec* 1 (*pr. m.*); secum 2. 25

*In exemplari igitur non solum codieis 2, sed etiam communis 1. 2 compendia per suspensionem scripta erant, quae monachus Augiensis saec. IX. haud recte interpretatus est. Utique autem codex iisdem mendis inquinatus est his:*

c. 20. calle] celle *pr. m.* 1. 2;

c. 29. vultu mutato] vultum utato *pr. m.* 1. 2. 30

*In universum recta lectio per utrumque librum confirmatur atque etiam ratio scribendi primigenia auctoris plerumque in utroque deprehenditur, neque inter se dissentient nisi in rebus levioribus. In 1 saepe e pro ae legitur, dum 2 ae pro e et oe scribit, praepositiones assimilatas exhibet, ti servat, dissentiente altero codice. Fluctuanti mili animo melius visum est in huiusmodi quisquiliis codicem 1 ut praestantiorum subsequi neque diserepantiam orthographiam alterius libri ad res tantillas spectantem adnotatis semper intuli.* 35

*Genuini Arbeonis libri, qui tamdiu latuerat, editionem principem Sigmundus Riezler, ‘Arbeos Vita Corbiniani in der ursprünglichen Fassung, Abhandlungen d. k. bayer. Akad. d. Wiss. III. Cl. XVIII. Bd. I. Abth.’, Monachii 1888,* 40

p. 245—272, paravit, historiae patriae amore duetus, duoque codieis 1 apographa habuit composita alterum a Miller-Strübing professore sumptibus privatis, alterum a G. H. Pertzio in usum Monumentorum Germaniae, cumque reliquis sub 5 sidiis destitutus illud summa diligentia perfectum esse erediderit, ei maiorem fidem attribuit, etsi auctorem veteris scripturae parum peritum fuisse iam constat. Ita faetum est, ut multi loci novi textus intellegi nequirent, quorum medelam ex editione Monumentorum Germaniae expeetabat 10 M. Petschenig<sup>1</sup>. Si vera et falsa nunc rectius diiudicare omissaque supplere nobis sucessit, praeter codicem 1 a C. Hampe aaccuratius collatum alterum exemplar 2 tune nondum detectum nobis praesto erat. Riezler praemissa disquisitione doctissima utramque reecensionem A et B inter se comparans 15 primus distinxit, ea quae Arbeonis fuerant, quaeque interpolator aut addiderat aut immutaverat, utque haec pro nihilo ducenda esse reete perspexit, ita suspitiones, quae in Arbeonis phantasmata surgere possunt, non eodem sucessu removisse mili videtur. At perpetuam laudem eo meritus est, quod 20 vetustissimum librum ab auctore Baiuvarico compositum in praeiam formam restituit et ab interpolationibus posteris purgavit, ita ut de auctore illo iam rectius iudicari posset. Prologum ad Virgilium scriptum iteravit E. Dümmler, MG. Epistolarum tom. IV, p. 498, Berolini 1895, eodicem 1 25 conferente R. Priebeh.

#### XVI. Codiees editionesque Vitae Corbiniani retraetatae (B).

Quo minus Arbeonis obsoleta verba priscusque sermo rhetoricae artis speciem quandam obtendens, quamvis misera- 30 biliter mendis grammaticis depravatus, intellegi poterant, eo avidius recensio B legebatur sermone per medium aevum vulgato composita neque parva litterarum scientia auctoris abhorrebat, monachis Baiuvarieis illius aevi vix aliena. Itaque faetum est, ut permulta reeclosionis B exemplaria hodie 35 supersint, dum editio genuini textus A duobus tantum nititur. Plerique autem codiees B recentioris aevi, scilicet saec. XIV. et XV, ad eandem elassem (9) pertinent hie illic ex A interpolatam, cumque ad unum eorum liber primum editus esset,

1) M. Petschenig censuram huius editionis egit in 'Berliner philosophische Wochenschrift' 1889, IX, col. 212sqq. E. Wölfflin, 'Archiv f. lat. Lexikographie und Grammatik', Lipsiae 1888, V, p. 312sq., brevem commentarium rerum grammaticarum suppleverat, quas S. Riezler Conrado Hofmann tractandas reliquerat, qui num officium praestiterit ignoro.

olim disceptabatur, utrum locus interpolatus c. 23. de fonte  
 montis S. Stephani exsiccato et post 40 annos reducto Arbeoni  
 p. 545. an \*interpolatori attribuendus esset<sup>1</sup>; eruto autem genuino  
 textu de vera eius condicione haesitari nequit. Porro huius  
 classis codicem saec. XII. repperi haud spernenda auctori-  
 tatis, qui plures locos cum A convenientes exhibit quam pro-  
 pingui eius recentiores. In universum bini tantum codices  
 ad saeculum X. vel XI. redeunt, cumque nullus ita praestet,  
 ut eum potissimum ducem sequi liceret, uberior apparatus  
 adhibendus erat.

1) Codex Sangallensis n. 551, saec. X, formae octavae,  
 p. 227—310, duobus foliis post p. 281. excisis, hiat a verbis  
 c. 18: | tionum frequentia ad verba c. 21: crucis Christi.  
 In signibus lectionibus praestat neque vero priscam gramma-  
 ticam semper accurate servavit.

1a) Codex Lincensis bibliothecae lycii publici Cc V, 7,  
 saec. XII/XIII, olim monasterii Subensis<sup>2</sup>, scriptus a Romano  
 monacho, adnotante manu paulo posteriore fol. 192'. in calce  
 vetusti textus: Laus tibi sit, Christe, per quem liber explicē  
 iste et: Istum librum scripsit Romanus sancto Lantpero  
 in Suben. Si quis abstulerit, anathema sit, fol. 159—170'.  
 Vitam Corbiniani B exhibet, in qua saepe scripta sunt e pro  
 e (e. gr. educti, eius, eum, enim, erat, esse, euntibus, lumine,  
 nomine, studiose), constanter nichil.

Idem codex Inventionem et Miracula Virgilii episcopi  
 Salisburgensis fol. 190—192. continet antiquiora iis, quae  
 W. Wattenbach, SS. XI, p. 88 sqq. edidit, qui codicem p. 86.  
 commemoravit neque vero inspexisse videtur, cumque ipsius  
 Virgilii iussi Arbeo Corbiniani Vitam conscripserit, initium  
 recensionis ineditae hic proferre visum est. Incipit autem a  
 sepulchro et imagine Virgilii in ecclesia S. Hrodberti inventis  
 absque temporum indicium, dum in textu interpolato a. 1181,  
 dies 16. Februarii causaque aedificandi traduntur, versusque  
 picturae superscriptus paulo aliter ibi legitur atque in editione.

Incipit de miraculis sancti Virgilii Salisburgensis  
 episcopi.

Quadam die<sup>a</sup> in muro, qui in proximo diruendus erat,  
 elapsi lapides introspectandi aditum praebuerunt transeunti-  
 bus. Cuius ergo procavitatis paruerunt indicia et picture

a) post die 2 litt. ras. (eo?) c.

1) Meichelbeck, Hist. Frising. tom. I, 1, p. 67; Suyskenus, AA.  
 SS. Sept. III, p. 262. 2) Cf. 'Arch.' X, p. 613.

vetustioris colorata visa sunt illic scémata<sup>a</sup>. Porro fratribus maioris ecclesie huius rei novitate<sup>b</sup> alacriter perquirerentibus et aperturas eiusdem muri latius patefacientibus, inventa est beati Virgilii octavi episcopi a beato Rüdberto tumba et  
5 depicta imago, eius denique picture non fallax superscriptio:

Virgilius pulcro construxit scemate templum,  
et praeterea dies obitus eius V. Kal. Decembris. Idem vero Nov. 27.  
dignus Deo pontifex Virgilius, ut in annalibus nostris reperire  
potuimus, primus eiusdem basilicae legitur extitisse fundator  
10 et beati Rüdberti ac sedis episcopalnis in eum locum, in  
quo nunc est, pius translator.

Ad tantae igitur admirationis auditum plurimis con-  
fluentibus, non pauci supervenientium a doloribus mem-  
brorum suorum sunt alleviati.

15 *Miracula inventionem corporis subsequentia in hoc codice  
ita descripta sunt, ut testem oculatum facile intellegas, si ea  
cum editione W. Wattenbach l. c. p. 90, 16 — 91, 8, compa-  
veris, e. gr.: Item quedam mulier de Pongū, quae de lecto  
prae contractione membrorum recedere non poterat, ad  
20 praedicti sancti tumulum portata sana recessit. Haec quae  
scripsimus oculis nostris vidimus et universa civitas. Que-  
dam puellæ<sup>b</sup> de Matse curvam habens et q. s. Textus in  
haec verba desinit: Auditum \*enim sine mora secus tumu- p. 546.  
lum recepit, non pertinens ultra c. 6. editionis Watten-  
bachianæ p. 91.*

25 1 b) *Codex Monacensis<sup>1</sup> n. 12 642 (Ranshofen 42),  
saec. XIV, olim monasterii S. Pancratii in Ranshofen ordinis  
Augustini canonorum regularium, adnotante m. s. XIV  
(fol. 267), fol. 227—235 (praescr.: Incipit vita sancti Cor-  
biniani), capitum distinctione caret, sicut præcedentes, atque  
cum 1 a his locis convenit:*

- c. 10. quandam] quando 1 a. b;
- c. 19. proprio] precio 1 a. b (deest 1);
- c. 39. omniq[ue]] cum omniq[ue] 1 a. b.

30 35 *Inspexit W. Levison v. c.*

2) *Codex Cremifanensis n. 7, saec. XII, formae mi-  
noris, ipsi monasterio m. s. XV. fol. 1. ita vindicatus: Iste  
liber est sancti Agapiti in Chremsmunster<sup>2</sup>, fol. 137—166',  
textum exhibit correctum et manibus aequalibus, quarum una*

40 a) cémata c.    b) sic c.

1) Cf. 'N. Arch.' XIII, p. 581; SS. rer. Merov. VII, p. 618 sqq.

2) Cf. Huno Schmid, Catalogus codicum mss. monasterii Cremifanensis, 1877, I, p. 106 sqq.

*atramento nigriore usa fol. 140. exaravit postea interpositum, et m. saec. XIII, quae codicem similem 8 adhibuisse videtur (cf. c. 23. ex.). In calce hi versus leguntur prima manu additi:*

Laus tua cottidie nostro non cessat ab ore.  
Exoptet precibus de Christo Corbinianus,  
Ut solidet vitam cum multo robore vestram,  
Expellat totum fletus gemitusque colorem,  
Auferat adversum, si quod vos commovet usquam.

3) *Codex Monacensis lat. n. 19162 (Teg. 1162),* 10  
*fol. 119—151, saec. X. eleganter scriptus, et laterculum capi-  
tum et praescriptiones minio distinctas exhibit, textusque ad  
grammaticae leges corrcctus est et a librario vetustiore et  
sparsim m. saec. XV.*

*Librum a. 1883. L. dc Heinemann b. m. ad verbum ex- 15  
scripsit exscriptumque recognovit G. Waitz b. m.*

4) *Codex Einsidlensis n. 261, saec. XI, p. 81—132,  
praescriptiones capitum continet nonnumquam in breve coactas,  
sed laterculus deest. Sermo auctoris non adeo accurate trans-  
scriptus est, vcluti librarius modos passim ad grammaticae 20  
leges correxit.*

5) *Codex Lipsiensis bibliothecae urbanae n. 195  
(Rep. II, fol. 58), saec. XI, olim ‘sancti Mauricii in Altach  
inferiori’, fol. 164—174’, a capite 1. incipit, quod laterculus  
capitum subsequitur, sed praescriptiones capitum non adsunt, 25  
etsi capita numeris distincta sunt. Praecedit Passio Acau-  
nensium martyrum duplex et recensio B (fol. 115—117') et  
X (fol. 124’—127) una cum duobus Gregorii Tur. capitibus  
duobusque sermonibus.*

5a) *Codex Monacensis latinus n. 22243 (Windb. 43),* 30  
*saec. XII, legendarii Windbergensis tomus IV<sup>1</sup>, fol. 107’—119’,  
Vitam Corbiniani B una cum laterculo capitum eodem modo  
dispositam continet quo codex praccedcns, licet cx eo non  
exscriptus sit:*

*c. 24. offerebat obtutibus] 5a cum rell.; obt. off. 5, 35  
atque etiam Passionis Acaunensium martyrum textus duplex<sup>2</sup>  
B 4 (fol. 65—67') et X 3 c (fol. 74—77) cum additamentis ~  
adsunt.*

6) *Codex Monacensis latinus n. [1087] 4628 (Ben. 128),*  
*saec. XI, ‘olim monasterii Benedictenpeiren’, adnotante manu 40  
saec. XV (fol. 2), fol. 10’—32, hiat, folio 10. lacerato altero-*

1) Cf. Anal. Bolland. XVII, p. 115; SS. rer. Merov. VII, p. 533.  
623. 2) SS. rer. Merov. III, p. 23. 28.

*que post illud exciso, a verbis c. 1. ecclesiam in eodem Castro ad verba c. 3. et quasi exani, sed librarius saec. XV (P. Antonius Funda?) pro textu mutilato \*Vitae primordium p. 547. (praescr.: Prologus in vitam s. Corbiniani, inc.: Cum cupimus — miracula, prascr.: Vita s. Corb', inc.: Venerandus igitur D. f.) ad c. 3. examinem supplevit, tribus foliis 11—13. interpositis, et codicem 9b similem adhibuisse videtur: c. 3. eis nox] nox eis cum 9b.*

*Pracscriptiones capitum in marginibus supplctae sunt a librariis aequalibus, sed laterculus capitum non adest.*

7) *Codex Monacensis latinus n. 9516 (Ob.-Alt. 16), saec. XI|XII, fol. 71—86, praescriptiones capitum absque laterculo exhibet illaque eodem atramento quo textus scriptae neque distinctae sunt nisi initio a miniatore, qui eas usque ad c. 11. lineis signavit, numeris litterisque primariis additis, dum deinceps et numeri et litterae primariae desunt, quae inde a c. 36. redeunt. Caput 3. non inscriptum est et praescriptionem capitis 5. miniator non distinxit, qui medio in capite 7. verba textus (quomodo — exposuit) pro praescriptione accepit. Librarius ipse haud pauca suo arbitrio immutavit.*

7a) *Codex Admontensis n. 248, saec. XII, monasterii scilicet S. Blasio dicati, monente manu saec. XV (fol. 2): Iste liber pertinet ad sanctum Blasium. Si quis abstulerit, anathema sit, fol. 119'—137' (praescr.: De sancto Corbiniano), absque laterculo capitum incipit neque praescriptiones capitum adsunt nisi nonnullae (e. gr. 2. 4. 6. 7. et q. s.), manu alia in margine suppletiae, atque capita non omnia distincta sunt neque semper iis locis, quibus in aliis codicibus. Caput 26. a verbis c. 27: Qui a ministris incipit et in margine praescritio eadem addita est: Qualiter traditus est sepulture Frisingia, quae etiam in 7. deprehenditur (Qualiterque — Frigisinga). Finis c. 3. a verbis: Quia ergo filii desideratur. Cum codice 7 hic liber eodem loco hiat:*

35 *c. 8. infundebat [Ibique — doctrinam om. 7. 7a]. Ibique, mendumque idem commisit h. l.:*

*c. 20. maior domus (dñs 7. 7a).*

*Initium finemque et locos nonnullos inspexi.*

8) *Codex Vindobonensis n. 416 (Univ. 818), saec. XII, formae minoris, quem doctor Ioannes Faber episcopus Viennensis et coadiutor Novae civitatis sumptibus propriis emit donoque a. 1540. dedit Collegio apud S. Nicolaum, ut studiosis usui esset ad statuta et praescripta sua, post V. Seve-*

rini auctore Eugippio<sup>1</sup> (fol. 1—17) fol. 17—26. V. Corbiniani exhibit neque vero praescriptiones nisi capitum 2. et 6, sicut capitum numeri desunt et laterculus. Locos aliquot praetermissos librarius in inferiore margine supplevit. Textus et manu aequali correctus est et manu saec. XIV.

8\*) Codex Campililiensis (Lilienfeld) n. 60, pars III, saec. XIII<sup>2</sup>, fol. 213—218' (praescr.: Eodem die Corbiniani episcopi), textum conserit continuum, in capita non divisum. Lectiones cum 8 convenientes exscripti has:

- c. 1. utiliter] viriliter<sup>3</sup> 8. 8\*;  
 c. 23. defuerat] deficeret 8. 8\* et m. al. 2.  
*Ipse inspexi.*

8\*\*) Codex Claustroneoburgensis (Klosterneuburg) n. 706<sup>4</sup>, formae magnae, saec. XII, fol. 132—145, item in

c. 1. pro utiliter exhibet viriliter cum 8. 8\*. p. 518. \*Cum legibus domesticis interdictum esset, ne codices extra patriam mitterentur, Hermannus Pfeiffer vir doctissimus, bibliothecae praefectus, materiam mihi petenti suppeditavit, qua instructus librum in ordinem debitum redigere poteram.

In codicibus 8a. b idem locus c. 7. omissus est atque in 8:  
 Et — exposuit] om. 8. 8a. b.

8a) Codex Sancrucensis (Heiligenkreuz) n. 13, saec. XII. ex.<sup>5</sup>, fol. 206—211 (praescr.: Eodem die Corbiniani episcopi et confessoris), capitum distinctione caret, sed praescriptio capititis 5. adest, a reliquo textu non differens. Ea quae praeterea litteris primariis distincta sunt cum vulgata capitum divisione non convenient. Doxologia libro exeunte non integra est, praetermissis verbis: qui cum Deo Patre — Amen.

*Initium finemque contuli.* 30

8b) Codex Lincensis bibliothecae lycii publici Cc VII, 7, membranaceus formae magnae saec. XII. ex., monente librario vetusto (p. 1), olim Liber sancte Marie virginis in Pömgartenberge, praeter Vitas Remigii (IX) auctore Hincmaro ad c. 29 (= 5) et Severini 'episcopi'<sup>6</sup> (XI) XII. loco V. Cor-

1) R<sup>o</sup> apud Mommsen p. XVIII. Cf. 'Archiv' X, p. 573. 2) Cf. A. Poncelet, *De magno legendario Austriaco*, Anal. Bolland. XVII, p. 29. Magni legendarii Austriaci exemplar Mellicense M<sup>7</sup>, alias 677 aut H<sup>55</sup>, saec. XV, fol. 38—46, idem descripsit l. c. p. 34; cf. p. 79. 3) Hanc lectionem ex 8a non exscripti, ex quo librum 8\* pendere statuit A. Poncelet l. c. p. 36. 4) Cf. 'Notizenblatt, Beilage zum Archiv f. Kunde österreichischer Geschichtsquellen', Vindobonae 1852, p. 105. 5) Cf. A. Poncelet, Anal. Bolland. XVII, p. 27sq. 6) Eugippi Vita Severini recogn. Th. Mommsen p. XVIII. 40

biniani<sup>1</sup> continet p. 239—254, ordine continuo scriptam, capitibus non distinctis, sed textus quaternione XVII. deperditio mutilus a verbis c. 7: (po)tuisset. His minime petitiones incipit.

<sup>5</sup> Initium finemque contuli.

Sequitur magna illa classis 9 locis recensionis A aucta, ad quam plerique codices B, in primis recentiores pertinent.

9) Codex Monacensis latinus n. 5513 (Diessen 13), saec. XII, adnotante manu recenti (fol. 2), olim 'Monasterii b. M(ariae) v. in Diessen', fol. 186'—196', praetermissio initio c. 1. a verbis: Venerandus Dei famulus Corbinianus ortus fuerat incipit, in capita non divisus, desinitque in verbis c. 38: clementia ad honorem, folio deperdito, dum folia in sequentia, quae Vita Margaritae<sup>2</sup> occupat, antiquitus ad hunc librum non pertinent. Librarius parum attentus emuntiata interdum praetermisit, quae in marginibus suppleta sunt, atque non adeo eruditus scripsit facius pro 'vacuus' (c. 11).

9a) Codex Monacensis latinus n. 13101 (Ratisb. civ. 101), saec. XII, antea monasterii Pruveningensis, in cuius catalogo librorum a. 1347. scripto idem volumen allatum est<sup>3</sup>, fol. 89—107, prologi loco initium capitum 1 exhibet, quod in 9 et 9b desideratur, deinde laterculus capitum interpolatus et immutatus sequitur, tum textus similiter atque in 9 incipit: Venerandus igitur Dei famulus. Capita ad laterculum amplificatum numerata sunt 46, sed praescriptiones desiderantur. Verba non recte collocata litteris adnotatis saepe transposita sunt. Fol. 107—110. Translatio Alexandri et Iustini occupat.

9b) Codex Monacensis latinus n. 7604 (Indersd. 204), chartaceus saec. XIV, fol. 130—140', initio praetermisso Vitam Corbiniani parti aestivali legendarii m. s. XV. postea additam continet, quae eodem modo incipit atque 9, neque laterculus capitum adest. Praescriptiones capitum absque numeris in marginibus suppletae sunt similes laterculo interpolato, quem codex 9a continet, e. gr.

(XXVII). De mortuo filio (Gri)moaldi et eo (per-)empto et de Ny(no) occiso et Piledr(ude) miseriis, sed inde a c. 29 (*infra* c. 27) textus saepius incisus ab eodem recedit:

40 1) *Vitas Remigii, Severini, Corbiniani etiam codex Zwettlensis n. 49, saec. XIII* (cf. 'Arch.' X, p. 608; Mommsen l. c. p. XVIII) continet, quem examinare nequivi, cum litteris meis responsum non esset. 2) *Bibl. hagiogr. lat. n. 5305.* 3) Cf. *SS. rer. Merov. VI*, p. 7, n. 3.

p. 549.

(XXXI. Ubi) sepulturam accepit (p. 627, 8).

\*(XXXII. De p)luvia et tempesta(te post m)ortem  
eius per XXX dies (et no)ctes continuatae (p. 627, 14),  
et proximo titulo iterum consentiente insequentes haud le-  
viter discrepant, e. gr. :

(XXXVII). De lumine et od(ore sancto) tercia  
nocte in (ecclesia) post sepulturam (p. 629, 25).(XXXVIII. Ub)i Arbeo episcopus (Fri)singensis  
cogitavit (cor)pus reducere (p. 630, 21).

*Folio post fol. 133. exciso, verba c. 9: iussa compleentes ad 10  
c. 12: secundum psalmistae | perierunt.*

9b<sup>1)</sup>) *Codex Monacensis n. 7611 (Iandersd. 211), char-  
taceus saec. XIV, legendarii cuiusdam pars hiemalis p. 90  
— 98 (praescr.: Incipit vita sancti Corbiniani, inc.: Vene-  
randus igitur Dei famulus C.), textum exhibet in 40 capita 15  
divisum, quae similiter inscripta sunt atque in 9b. Capita  
8. et 9. c. 28. a Cumque (p. 628, 4) ad c. 31. tradiderunt  
(p. 629, 25) aliaque desiderantur.*

*Ipse inspexi.*

9c) *Codex Monacensis n. 5927 (Ebersb. 127), saec. 20  
XV, monente librario posteriore fol. 1: Residentiae Socie-  
tatis Iesu Eberspergae 1596, fol. 143—164' (praescr.: In-  
cipit vita sancti Corbiniani per capitula), similiter atque  
liber praecedens incipit: I. Capitulum. Venerandus igitur  
Dei famulus, subscr.: Explicit legenda S. Corbiniani etc. 25  
*Etsi capita distincta sunt, tamen praescriptiones desunt.  
Ea quae ad c. 38. de capella S. Corbiniani prope villam  
Hötting schedula inserta adnotata sunt digna existimavi  
quae commemoarentur.**

*Contuli ea quae in c. 9—12 a codice 9b absunt 30  
et finem (c. 38 sq.).*

9d) *Codex Vindobonensis n. 1026 (Univ. 262),  
saec. XIV, collegio ducali Vindobonensi dono datus est a  
doctore Nicolao de Dinkelsthul, professore clarissimo Vin-  
dobonensi, fol. 146'—167'; praescr.: Prologus in vitam beati 35  
Corbiniani episcopi et confessoris, inc.: Cum cupimus ad  
edificationem — u. enarrare miracula, sequitur laterculus  
46 capitum, quem contuli, deinde praescr.: Incipit vita  
sancti Corbiniani episcopi, inc.: Venerandus igitur D. famu-  
lus C. *Capita non inscripta in textu enumerantur 47. 40  
Librarius cum codice 9c verba c. 10. mitte super eum ita  
transposuit: super eum mitte et cum 9b.b<sup>1</sup> in c. 27. pro  
tanta mox scripsit mox tanta. Vitam Corbiniani officium**

*eiusdem excipit, additis neumis, praescr.: Hystoria s. Corbiniani episcopi ecclesie Frisingensis, inc.: Adest beatissimi Corbiniani diei electa festivitas.*

9e<sup>1</sup>) *Codex Monacensis capituli metropolitani inter Heckenstalleri<sup>1</sup> Frisingensia n. 2 (2423), chartaceus saec. XV, p. 9–62, praescr.: Prologus in vitam beati Corbiniani episcopi et confessoris, inc.: Cum cupimus, sicut praecedens, eundemque locum quem in hoc laterculus capitulum occupat, quem contuli. Praescriptiones capitulum non adsunt.*

10 *Catalogus episcoporum Frisingensium, qui p. 63–83. occupat, m. saec. XV/XVI. ad a. 1480. perductus et postea ad a. 1509. continuatus est. Cum auctor calculo absurdo usus a. 755. Corbinianum obiisse statuerit, vix 30 annos pro 40. ad Arbeonis translationem numerare poterat, sed 15 annum emortualem Arbeonis recte computasse videtur, et fortasse memoria digna sunt, quae de sepulchris episcoporum adnotavit, unde initium exscripti:*

### Catalogus episcoporum ecclesie Frisingensis.

20 *Sanctus Corbinianus fundator et primus huius Frisingensis ecclesie episcopus, postquam huic sedi annis ultra viginti salubriter prefuisset, sexto Idus Septemb. anno Domini 755<sup>o</sup> foeliciter cum multo lucro animarum migravit ad Christum. Cuius meritis et orationibus nos opitulari supplices exoramus.*

25 *\*Erimbertus, frater sancti Corbiniani, secundus huius p. 550. sedis episcopus, anno Domini 755<sup>o</sup> eligitur et sedit annos<sup>a</sup> duos et mensibus duobus. Obiit in die circumcisionis Domini anno Domini 758<sup>o</sup> et sua kathedrali ecclesia Frisingensi sepultus.*

30 *Iosephus episcopus tertius sedit annos quasi tres. Obiit anno Domini 760<sup>o</sup> sepultusque in ecclesia collegiata sancti Zenonis episcopi Veronensis in Ysna, quam ipse antistes edificavit, fundavit, consecravit et largiter dotavit. Ad quam et translatus et positus est anno Domini 1473<sup>o</sup> 35 per dominum Christannum Storch predicte Ysnacensis ecclesie decanum. De quo sunt isti versus:*

*Moribus insignis Ioseph successerat illis  
Sponsus bis vidue tertius ecclesie.*

a) annis pr. m. c.

40 1) *Codex eiusdem bibliothecae inter Heckenstallerianos n. 259. ex editione Mabilloniana saec. XVIII. exscriptus est.*

A ribo episcopus quartus. Hic venerabilis antistes cum consilio coepiscoporum suorum, id est abbatum, beato Zenone in urbem Tridentinam deportato ac postea sancto Valentino a venerando Tassilone Bavrorum duce in Pataviam, quam fundaverat, perducto, de Mayese, ubi similiter quieverunt, corpus beati Corbiniani episcopi predecessoris sui etc. post tricesimum annum obitus sui ad hanc Frisingensem ecclesiam, ubi in presenti requiescit, summo cum honore congruo reduxit etc. Ac demum cum eidem ecclesie per annos XXII salubriter prefuisset et profuisset, quarto <sup>10</sup> Nos May. anno Domini 783. migravit ad Dominum et in sua kathedrali ecclesia Frising. est sepultus.

<sup>9e<sup>2</sup>) Codex Monacensis n. 23893 (ZZ 893), chartaceus, scriptus a. 1499, ad Corbinianum spectat, cuius reliquiae fol. 1'. manu posteriore his versibus celebrantur:</sup>

Corbinianus cor binum gerens, crementa ferens gemine charitatis:

Terre mandata servans pignora beata, stat Frisingia laureata,

atque vita ipsa fol. 2—14'. e tribus partibus constat, quae <sup>20</sup> sese ita subsequuntur: prologus (praescr.: Prologus in vitam beati Corbiniani episcopi et confessoris, inc.: Dum cupimus ad edificationem — enarrare miracula), deinde laterculus: Incipit tabula registri, cum praecedente libro conveniens (c. 2. sp. proi. de v., om. est), tum textus ita desinens <sup>25</sup> litteris miniatis:

Laus Deo, pax vivis requiesque defunctis. Amen. Anno salutis etc. 99,  
quibus verbis manu posteriore haec addita sunt:

presens legenda est Marci Holtzn' presbiteri capellani <sup>30</sup> divi Christophori Landesute.

Capita numerata sunt 47, sicut in 9d, sed praescriptiones non adsunt.

Textus codicum 9f<sup>1. 2</sup> librarium subiit parum accuratum, qui sermonem passim immutavit, immo tota enum- <sup>35</sup> tiata interpolavit:

c. 1. ex. erogabat] Que opera pietatis auctor non passus est latere bonitatis, sed palam innotuit cunctis, quante apud Deum (eum 9f<sup>2</sup>) hie vir futurus esset dignitatis add. 9f<sup>1. 2</sup>,

aliaque moralia aut biblica praetermisit, e. gr. c. 3. Sed quid mirum — recessit. In codicibus 9f<sup>1. 2</sup> additamentum c. 23. eodem modo depravatum est atque in 9b:

adducto] rell. cum A; reducto 9b. f<sup>1.2</sup>,  
iisque cum 9b<sup>1</sup> in c. 39. omittunt: dignanter.

9f<sup>1</sup>) *Codex Confluentinus bibliothecae gymnasii n. 5, in archivio publico depositus, saec. XIV. scriptus a Godefrido de Andernacho presbytero, capellano altaris s. Mauricii in ecclesia Monasteriensi in Meynevelth (hodie Münsstermaifeld prope Mayen, Reg.-Bez. Coblenz), fol. 125—131, praeser.: Incipit vita sancti Corbiniani episcopi et confessoris, inc.: Dum cupimus — enarrare gesta. Venerandus ergo Dei famulus et q. s., subscr.: Explicit vita sancti Corbiniani episcopi. Laterculus capitum et \*praescriptiones p. 551. non adsunt, textus autem litteris primariis pictis in capita divisus est iis fere locis quibus in 9b et 9b<sup>1</sup>.*

*Et W. Levison v. c. et ego inspeximus.*

15 9f<sup>1a</sup>) *Codex Londiniensis Musei Britannici inter Harleianos n. 2801, saec. XIII. in., legendarii Arnsteinensis volumen II, fol. 165'—170, ut assolet<sup>1</sup>, libris 9f<sup>1.2</sup> similis est.*

20 *Locum c. 4. (v. infra) inspexit J. A. Herbert v. c., cum 9f<sup>1</sup> convenientem.*

25 9f<sup>2</sup>) *Codex Bruxellensis<sup>2</sup> n. 98—100 (Catalogi novi n. 3132, vol. II), saec. XIII, fol. 181'—186', inc.: Dum cupimus, textum exhibet eo negligentius tractatum quam in praecedentibus libris, e. gr.*

c. 4. ex.: et ut ibi sub sanctae con- versationis regula liceret ei vitam du- cere.	9f <sup>1.1a</sup> . et ut i. s. s. c. r. permitteretur sibi v. d.	9f <sup>2</sup> . et ut i. s. s. c. r. permitteretur sibi v. duceretur, insequen- tibus verbis: ut ad sanctorum apostolo- rum patrocinia pos- set secretius per- venire, quae supra desunt.
---	---	--

30 35 *Contulit W. Arndt b. m., sed oleum et operam perdidit.*

9g) *Codex Vindobonensis n. 3662, antea Lun. fol. 186, chartaceus saec. XV, fol. 124'—133'. D. S. Corbiniano, inc.: Venerandus igitur Dei famulus, sunt 47 capita<sup>3</sup>. Librum non vidi.*

40 1) *Ionae Vitae SS. p. 71. 99; SS. rer. Merov. VII, p. 537 sq.*  
2) Cf. 'N. Arch.' II, p. 242; *Catalogum codd. hagiogr. Bruxell. ed. Bollandiani I*, p. 44; *SS. rer. Merov. VII*, p. 562. 3) Cf. 'Archiv' X, p. 495, ubi n. 3663. adnotatus est.

10) *Codex Monacensis latinus n. 17145 (Scheftlarn 145), saec. XII, fol. 1—24, (praescr.: Incipit vita sancti Corbiniani episcopi), textum exhibit in capita non divisum, sed a librario parum accurato scriptum, qui sermonem suo arbitrio immutavit (e. gr. c. 19. venditores pro emporiis) verbaque frequenter transposuit. Lectiones nonnullae cum codicibus 6. 8. convenient:*

c. 11. vir sanctus] vir Dei 1. 6. 8. 10; vir Dei sanctissimus *A*;

c. 19. emerat] emit 8. 10;

*ib.* iugiter emanabat] e. i. 6. 10.

*Initium finemque contuli.*

11) *Codex Monasteriensis n. 214, volumen IV, antea n. 23, formae maioris, saec. XV, legendarii magni Bodecensis tomus VIII. acta mensis Septembbris continens, iussu Arnoldi de Holte prioris monasterii Maynulphi scriptus est a Conrado de Hersfeldia presbytero et Anthonio de Lippia diacono<sup>1</sup>, fol. 65'—72, praescr.: Prologus in vitam sancti Corbiniani episcopi, cuius festum colitur sexto Idus Septembbris, inc.: Dum cupimus — enarrare miracula. Explicit prologus. Incipit vita eiusdem. Venerandus Dei famulus Corbinianus et q. s. Capita neque praescriptionibus neque numeris distincta sunt, sed sola nota C caeruleo aut rubro colore picta. Librarius sermonem admodum retractavit, ut difficile dictu sit, cuius generis exemplar secutus sit, sed quam maxime cum 8. 8\*. convenisse idetur:*

c. 23. lassaverunt] lassabantur 11 cum 8. 8a\*;

*ib.* defuerat] deficeret 11 cum 8. 8a\* et m. al. 2, ita ut ad casum quendam referam lectionem 10 similem:

c. 19. in proprietatem] in potestatem 10; in proprietatem atque potestatem vendicans 11,

*aut 9f<sup>1. 2</sup>:*

c. 27. sed tanta mox pluvia secuta est atque procella triginta diebus et noctibus, ut nec una hora numquam cessavit, ubi aperte monstrabatur] sed t. \*m. 35 pluviarum inundatio triginta continuis diebus ac nocte. secuta est, ut nec saltem aliqua hora cessaret, per quod aperte m. 9f<sup>1. 2</sup>; Statim tanta pluvie inundacio subsecuta (ita 6) est, ut per trig. dies et noctes ne unam quidem horam ab ymbribus 40 continuis cessaret. Unde ap. datur intelligi 11.

*Et W. Levison v. c. et ego librum inspeximus.*

p. 552.

1) H. Moretus, *Analecta Bollandiana XXVII*, p. 318.

12) *Codex Monacensis n. 5512 (Diess. 12), saec. XIII/XIV, olim 'Monasterii B. Mariae virginis in Diessen', praenotante manu saec. XVIII, fol. 35—36 (praescr.: De sancto Corbiniano), a verbis c. 27. incipit his: Beatus Corbinianus presul Frisingensis tempus obitus sui non ignarus, atque praetermissis et c. 33. a verbis: atque missarum celebrationes, et c. 34. a verbis: Cumque ad predictam, in verbis c. 35 (inc.: Qui cum magna supplicatione) desinit hisce: sequi potuissent.*

10 *Ipse inspexi.*

*In catalogo monasterii S. Michaelis Bambergensis (= Michelsberg) saec. XII. scripto codex Vitae Corbiniani adnotatus est n. 150<sup>1)</sup>.*

*Auctoritatem generis multiplicis codicum recensionis*

15 *B ex fonte quem habemus A aestimare licet, hocque subsidio instructi codices singulos aut classes in eum ordinem redeginimus, quo ad textum recensendum se subsequantur. Splendidissimas lectiones per ipsum Arbeonem approbatas in codicibus 1. 1a deprehendimus has:*

20 *c. 3. examens] 1. 1a cum A; amens rell.;  
c. 8. patrimonio] 1. 1a cum A; patrocinio rell.;  
c. 16. cui — sequebatur] 1 (pr. m.). 1a cum A; quam (quod 9. 9 a. b) — s. rell.,*

*immo singuli codices 1 et 1a soli cum A convenientur his locis:*

25 *c. 15. Erat namque] 1 cum A; Erat autem rell.;  
c. 4. venerant] 1a cum A; venirent rell.,*

*neque 1a eodem hiatu laborat quo 1 (c. 21), sed uterque idem vocabulum omisit:*

*c. 7. vir Dei] rell.; Dei om. 1. 1a.*

30 *Neque vero liber 1 in rebus grammaticis ubique approbandus est et haud raro veram lectionem deprehendimus in libris 2. 3. 4. 5. 6. Codex 1a etiam cum 2 veram lectionem servavit:*

*c. 17. deduci] 1a. 2 (pr. m.) cum A; deducere rell.;*

35 *c. 25. probebantur] 1a. 2 cum A; probebant, prodibant, prodiebant rell.,*

*quocum etiam textum eodem modo depravavit:*

*c. 19. ut haberet] adhiberet 2; ut adhiberet 1a;*

*c. 21. Domumque] Dumque 1a. 2 (pr. m.).*

40 *At 2 solus in c. 9. deponens conaverat cum A tradidit, de*

1) G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui p. 193; cf. H. Breßlau, 'N. Arch.' XXI, p. 166, n. 99.

*reliquo locum perturbans. Etiam codex 3 praecedentibus  
haud multo inferior:*

c. 8. monimine] 1. 4. 9a cum A; mo(lī m. al.)mine 3;  
munimine et similiter 1a. 2. 8. 9. 9b. 10,  
*specimina nonnulla melioris condicōnis exhibet:*

c. 5. unicuique se congruens] 1 et eras. se 1a. 3 cum A;  
se om. rell.

*Codices 4. 5. 6 una cum eodem formam fortasse vetustam  
continent hanc:*

c. 38. sanitatum 3 (pr. m.). 4 (pr. m.). 5. 5a. 6, 10  
*e quibus 4 magis reliquis sermonem ad grammaticam im-  
mutavit, neque vero formas eodem modo correxit atque 5. 5a:*

c. 20. Fuitque — Fausta cum duabus filiabus, bonam ha-  
bentes (ita meliores; habens 4. 7. 8. 9a. b. b<sup>1</sup>. d.  
f<sup>1</sup>. 2. 10; habitibus 5. 5a) substantiam,

p. 553. \*sed alibi cum melioribus genuinum Arbeonis sermonem  
confirmavit:

c. 8. concedisset] 2 (pr. m.). (3 pr. m.?). 4. 9 cum A;  
concessisset rell.

*Codices 5. 6 saepius quam 4 formas barbaras servaverunt, 20  
e. gr.*

c. 9. pollicebat] 3. 5. 6; pollicebatur 4 cum rell.,  
et codex 6 vel tale quid servavit, quale est:

c. 3. alligens] 2. 3. 6. 9. 9a cum A; alligans rell.

*Is locis nonnullis cum 2 convenit:*

c. 4. pervenerat] pr. m. 2. 6; perveniret vel pervenerit  
rell.;

c. 19. adeptum] ademptum 2. 6 (pr. m.),  
*simileque exemplar fortasse corrector codicis 3 habebat:*

c. 12. His] ita add. 3 (m. al.). 6;

ib. iterantium] iter agentium 3 (m. al.). 6.

*Lectiones aliquot etiam libris 6. 7 communes sunt:*

c. 16. confiteretur] profiteretur 6. 7;

c. 21. verba] verbum 6. 7,

et libris 6. 7. 8:

c. 19. beati] om. 4; sancti 6. 7. 8.

*Codices 7. 8 certe ad idem exemplar redeunt:*

c. 19. Timone] Nimone 7. 8;

c. 21. inlicito] om. 7. 8,

*e quibus 7 uno loco mirabiliter congruit cum 2:*

c. 19. fluvium] fluminum 2. 7,

8 vero cum melioribus veram lectionem servavit h. l.:

c. 15. genuis] 3 (pr. m.). 8 cum A; genibus rell.;

c. 16. in(r)isit] 1. 1a. 2. 8 cum A; subrisit 10; arrisit rell.

*quin immo solus:*

c. 6. divini muneris largitoris (*ita 8 cum A*) consentiens.

Singularis autem naturae classis 9 est propter additamenta ex recensione A deprompta, cumque eruto codice melioris notae saec. XII. etiam lectiones splendidae in ea deprehenderentur, de indole eiusdem dubitari poterat, utrum interpolatori an primo recensionis B auctori attribuenda esset. Solus codex 9 et haec verba addit cum A convenientia:

10 c. 3. Et quia] rationabilis add. 9 cum A;

c. 7. depositus] denotatus add. 9 cum A,

et c. 7. et 13. locos spectantes ad sepulchra Adalberti in Pupinhusir et Anserici in ecclesia Stephani, quibus Arbeonem testem oculatum se praestitisse supra p. 142. exposui. Ad exemplar autem commune codicum et 9 et 9a.b haec additamenta vel lectiones ex A deprompta redeunt:

c. 18. decora] nomine Pildrud add. 9. 9a. b cum A;

c. 23. ex. locus ad intervallum 40 annorum spectans, quos fons montis S. Stephani post Corbiniani mortem arruisset;

20 c. 25. insidias] suae coniugis add. 9. 9a. b; a sue composite coniuge A;

c. 28. atque inquisivit, quid] rell.; Cumque illam (illa 9b) socia (sistrix A) inquireret, quid (quit 9b) 9. 9a. b cum A;

c. 34. ex. comparatio cum populo Israelitico;

c. 37. subponebatur] submissus fuisset 9. 9a. b cum A.

Exemplar illud commune librorum 9 non solum plura habebat quam codices vetustiores, sed etiam uno loco habebat:

30 c. 21. episcopum [nihil aliud dignum episcopum esse, nisi add. rell., om. 9. 9a. b, pro quibus verbis ideoque interpolaverunt 9a. b] mortis [esse add. 9a. b] reum,

\*utque librarium h. l. ab uno episcopum ad alterum aber- p. 554.  
rasse manifestum est, ita verba in 9. 9a. b praetermissa etiam per Arbeonem confirmantur<sup>1</sup>. Auctor archetypi 9 in c. 22. pro namque (*ita etiam A*) scripsit tamen, nec eidem fides ulla habenda est sermonem barbarum cum 4 et 7 ita expoliensi:

40 c. 9. Cuius l. — f. sucereverat] Cuius cum l. — f. suc- crevisset 4. 9. 9a. b;

1) Arbeo c. 26: aliud nil quam mortis reum.

c. 9. Eoque relicto — — incedens] Illo autem r. (Ille autem eo r. 9) — — incedit 4. 9. 9a. b;

c. 18. solatiante] consolante 4. 7. 8. 9. 9a; consulente 9b.

*Licet exemplar codicum 9 propter vitia quibus labrabat pro archetypo haberi nequeat, ita ut additamenta illa interpolatori attribuenda sint, tamen librarius exemplari melioris notae usus est atque lectiones codicum 1 et 1a aut rectae aut falsae et in 9 et in singulis libris 9a.b deprehenduntur:*

c. 1. mundialem] mundalem 1 (pr. m.). 9b; 10

c. 3. surgere] 1a. 9 cum A; resurgere rell.;

c. 6. fraudaretur] frauderetur 1a. 9b (non 9. 9a);

ib. oboeditionem] obedientiam 1a. 9 (pr. m.);

ib. potuisset] et add. 1. 1a. 9 et e coni. Petschenig;

c. 7. minime potuit (potuisset 9a; valeret 6)] 1. 6. 9. 15  
9a. b cum A; pot. m. rell.,

c. 13. relevantes] revelantes pr. m. 1. 9.

*Etiam cum 6 hi libri concordant:*

c. 4. perflagratar] perflagratabat 6. 9;

c. 37. perstrepebat] perstrebat 6. 9. (pr. m.). 9b, 20

*illique interpolatio solius codicis 9 (c. 6. coepit) m. al. illata est. Textus in libris 9a.b, qui ex eodem exemplari pendent, magis quam in 9 interpolatus et depravatus est:*

c. 7. illo [actum add. 9a. b] fuisset;

c. 30. Breonensium plebis] 9 cum rell.; Veronensium plebis 25  
(pl. om. 9b) 9a. b,

*illique etiam cum 4 convenient:*

c. 39. ad totius [spem add. 4. 9a. b. b<sup>1</sup>. c. d. e<sup>2</sup>. f<sup>1. 2</sup>] chris-  
tianae plebis,  
et capita eodem loco (cf. c. 13. 27 med.) atque codex 7 30  
distinguunt, quocum in primis 9b necessitudine quadum  
coniunctus est:

c. 16. veretro] feretro 7. 9b;

ib. inde] om. 7. 9b (non 9. 9a).

Codices 9b. b<sup>1</sup>. c. d. e<sup>1. 2</sup> in c. 39. pro omni exhibent summo 35  
neque vero 9f<sup>1. 2</sup>.

*Itaque textus recensionis B ita fere constituendus erat,  
ut comparatis libris inter se ea lectio eligeretur, quae vero  
Arbeonis sermoni proxima accederet, et licet plerumque  
codices vetustiores praestarent, tamen veram lectionem etiam 40  
alii nonnumquam servaverunt. Cum autem auctor B ipse  
grammaticae leges violasset, Arbeone non lapsò, e. gr. in-  
dicativum pro coniunctivo fere collocans, iis locis vel simi-  
libus suffragio auctoris primarii assentiri non licebat:*

c. 3. ut — revertebantur] 1. 1a; ut — reverterentur *rell.*  
cum A;

c. 21. invidii et odii fomitem] *pr. m.* 2. 3 et 6; invidiae  
et odii f. *rell.*; invidiae f. A.

<sup>5</sup> Codices vetustiores iique meliores B aequae ac recensio  
A textum indivisum exhibent neque capitum distinctiones,  
praescriptiones aut laterculus capitum adsunt in 1. 1a,  
dum alia aliave deprehenduntur in singulis libris 3. 4. 5.  
5a. 6. 7. 8. 9a. b. Laterculus capitum in solo codice 3  
<sup>10</sup> praecedit, in 5. 5a post c. 1. collocatus est, dum in 9a.  
d. e<sup>1. 2</sup> totus immutatus et interpolatus primos versus c. 1  
(enarrare miracula) subsequitur. Quem quamquam genui-  
num auctoris fetum agnoscere non debemus, tamen haud  
multo posteriorem esse e sermone satis mediocri concludi  
<sup>15</sup> licet (e. gr. c. 1. in vico, quae, c. 33. pass. pro act.). Capita  
in codicibus non semper eodem modo \*inscripta aut <sup>p. 555.</sup> iisdem  
locis distincta sunt, utque distinctionem cum laterculo inter-  
polato fere convenientem codicum 9a. b praetermittam, etiam  
codices 3. 6 et 4. 7 nonnumquam inter se discrepant, nam

<sup>20</sup> praescriptio c. 26. suo loco non deprehenditur in 3 et 6,  
cui hae incisiones postea illatae sunt, et codices 4 et 7  
verba tituli 25. ita ordinant, sicut 5. 5a in laterculo capitum,  
eodemque mendo laborant in c. 23:

fodit] recte 3. 6; fovit falso 4. 7.

<sup>25</sup> Cum primo recensionem B edendam esse non existi-  
mavisse nisi ad Arbeonis textum supplendum, sola addi-  
tamenta illi propria cum codicibus collata erant partim a  
W. Levison sodali meo, partim a me ipso; cum autem con-  
silio mutato totum textum admisissem, omnes codices ipse  
<sup>30</sup> aut comparavi aut inspexi descriptumque a L. v. Heinemann  
librum 3 recognovi. Discrepantiam lectionum variantium  
attuli e codicibus 1. 1a. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 9a. b neque  
vero peculiares lectiones singulorum librorum 9a et 9b aut  
in laterculo 9a et 9d adnotavi et deficiente 9b ad c. 9—12.  
<sup>35</sup> recensenda adhibui 9c. Suppressi in universum ea, quae  
manibus posterioribus in codicibus correcta erant, eis ex-  
ceptis lectionibus, quae in aliis redirent prima manu scriptae.

Laurentius Surius, *De probatis sanctorum historiis*,  
Coloniae Agrippinae 1574, tom. V, p. 131—143, exemplari  
<sup>40</sup> recensionis B ad classem 9 pertinente usus est, quippe  
quod interpolationes ex A depromptas continuerit, et simile  
fuisse videtur archetypi, ex quo codices retractati 9f pendent,  
cumque lectiones nonnullae cum 10 convenient (c. 19. men-  
tionem pro memoriam, venditores pro emptores), monendum

*est, sermonem ab editore hic illic expolitum esse. 'Praefatiunculam Authoris' (inc.: Dum cupimus) ab 'Historia' (inc.: Venerandus igitur Dei famulus) distinxit.*

*Hanc editionem iteravit I. Mabillon, Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti, Lutetiae Parisiorum 1672, Saec. III, 1, p. 500—517, Aribonis auctoris nomine addito.*

*C. Meichelbeck, Historiae Frisingensis tom. I. pars altera instrumentaria, Augustae Vindelicorum 1724, p. 1—20, codice vetusto Benedictoburano, 'manu, ut videatur, saeculi XI. exarato', usus est, scilicet codice nostro 6, alterumque exemplar classis 9 habebat (p. 67), quod locum c. 23. e recensione A interpolatum continebat, scilicet codicem Andecensem, quem Benedictoburano inferiorem esse recte perspexit diligentissimus rerum Frisingensium scriptor.*

*Nihilominus Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules', Lutetiae Parisiorum 1741, tom. III, p. 652sq., particulas quas in corpus suum admisit V. Corbiniani non ex hac editione meliore deprompsit sed ex Mabilloniana.*

*At Constantinus Suyskenus, AA. SS., Antverpiae 1750, Septembris tom. III, p. 281—295, Meichelbeckio nititur, ad quem etiam eae partes redeunt, quas J. Reschius, Annales ecclesiae Sabionensis, nunc Brixinensis, Augustae Vindelicorum 1760, tom. I, p. 569—594 (ad c. 38) et p. 673—678. admisit.*

### XVII. Fabulae posteriores.

Vita Corbiniani B neque genuino Arbeonis textu ii nitebantur, qui per medium aevum legendam patroni suis inventis adornaverunt, cumque memoria patroni adeo obumbrata per multa aeva fidelibus sacra fuerit, hos quoque auctores, quamvis historiae scribendae magis obstiterint quam profuerint, examinare libet.

Otto episcopus Frisingensis Chronicam medio saeculo XII. componens successoris sui celeberrimi gesta silentio praeterire solebat<sup>1</sup>, qui tantis miraculis ecclesiam suam primus illustrasset, cumque Theodonem illum vetustum Baiuvariorum ducem, qui Corbinianum in Baiuvariam profectum primus receperat (B c. 9), penitus ignoraret, de Theodone cogitavit Tassilonis filio, quem pater p. 556. socium ducatus a. 777. sibi adsumpserat, \*itaque etiam Pippinum statuere coactus erat regem pro maiore domus 40

1) Ottonis ep. Frising. Chronica V, 24 (recogn. A. Hofmeister p. 250sqq.).

aut principe, quos titulos in V. Corbiniani legerat, textum traditum nimium audacter immutans. Pippino igitur rege violentus ille rerum narrator asseruit (V, 23) clarissimos regni Christi principes floruisse Corbinianum, Bonifatium, 5 Rupertum, atque Corbinianus a Gregorio episcopus ordinatus ad gentes destinatur sicut Bonifatius et a Tassilone eiusque filio susceptus (V, 24) montem Frisingensem accepit, ubi primo ecclesiam in honorem Benedicti construxisset monachorumque conventum collegisset. Ecclesia 10 Benedicti parva illa ecclesia erat B. Mariae contigua teste Vito Arnpeckhio<sup>1</sup>, sed negari vix oportet monachorum conventum talem, qualis subaudiendus est, scilicet S. Benedicti, cum condicione Corbiniani minime convenire. Etiam donatio montis Frisingensis, cuius Otto solus me- 15 minit, in dubium vocanda est; nam villa publica et castrum ducale montem occupabant atque dux etiam multo post Corbinianum pro domino eiusdem habendus est. Ottonis vero aevo civitas Frisingensis una cum munitionibus re vera episcopi erat<sup>2</sup> piaque fraude ille huius necessitudinis origines ad primum episcopum rettulit. Montis situm pulcherrimum amoenissimumque, fluvios Isaram et Ambram, silvas cum feris coloribus vividis descripsit neque plurimos honores ac possessiones praeteriit, quibus Corbi- 20 nianus ecclesiam Frisingensem locupletasset. Cum mira- 25 culum V. Corbiniani c. 2. excerpens, primicias obtulisset scripserit, in exemplari suo pro adferebant lectionem deprehendisse videtur, quae in nostris 7. 7a (offerebat) aut 8 (offerebant) legitur. Miracula praeterea excerpit, quae in V. Corbiniani B c. 10. 12. 7. descripta sunt.

30 Merum Ottonis textum Chronicae libri V, c. 24, codex Bruxellensis n. 3763 (II, 1515), saec. XIII, fol. 123' — 124', olim Aureaevallensis<sup>3</sup>, exhibet, praescr.: Quedam

1) Vitus Arnpeckhius, *Liber de gestis episc. Frising.* (v. Deutinger, 'Beyträge' III, p. 474; ed. G. Leidinger, 'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte, Neue Folge' III, Monachii 1915, p. 850); cf. Michelbeck, *Historia Frising.* I, 1, p. XXI, 343. Ecclesia S. Benedicti post maiorem sita in tabula apud M. Merian, *Topographia Bavariae* 1644, p. 15, conspicitur. Cf. supra p. 129.  
 2) Otto l. c. VII, 26 (p. 352): nostrae civitatis munitiones. At duci pars montis Frisingensis arbitrio facto a. 1290. restituta est; cf. J. B. Prechl, 'Beiträge zur Geschichte der Stadt Freising', *Frigisingae* 1877, I, p. 51.  
 3) Codicem Cantatorii S. Huberti a. 1893. per bibliothecam regiam Bruxellensem emptum descripsit Hanquet, 'Étude critique sur la chronique de Saint Hubert', 1900, p. 14—23. De eodem egit Van den Ghelym, 'Catalogue' VI, p. 112, qui etiam in usum nostrum locum ad Corbinianum spectantem officiosissime exscripsit.

de vita sancti Corbiniani Frisingensis urbis episcopi primi,  
*inc.*: Anno Domini septingentesimo L<sup>o</sup>V floruit sanctus  
 Corbinianus primus Frisingensis episcopus. Hic Waldegiso  
*et q. s.* *Corbiniani virtutibus librarius martyrium Boni-*  
*fatii adnexuit ex eodem Ottonis opere V, 25, depromptum,*  
*tum ad Lullum transiens ita peroravit:* Cui sanctus Lullus  
 successit, de quo sunt hi versus<sup>1</sup>:

Antistes Lullus, quo non est santior ullus,  
 Pollens divina, tribuente Deo, medicina,  
 Occurrit morbis, ut totus praedicat orbis.

Floruerunt hisdem diebus dominus Robertus Iauāriū<sup>2</sup> presul  
 et Burcardus Herbipolensis episcopus et sanctus Florbertus  
 episcopus Leodiensis.

*Conradus sacrista, qui novam traditionum collecti-*  
*onem iussu Ottonis II. episcopi Frisingensis a. 1187. in-*  
*stituit, Corbiniani res gestas non descriptsit, quia 'in libro*  
*qui de vita sua inscribitur satis admōdum explicantur'*<sup>3</sup>,  
*et habuit auctorem B una cum interprete eius violento*  
*Ottone Frisingensi, sed utroque plura comperta habebat,*  
*scilicet Corbinianum ex ipso vico Maise oriundum esse,*  
*Gregorium III (a. 731—741) papam ordinatorem fuisse*  
*et Tassilonem sororium, i. e. sororis filium, Pippini, at-*  

p. 557. *que ecclesiae \*Benedicti Corbinianum scripsit etiam tem-*  
*poralia prōvidisse, scilicet Maise, Chorzes, Caminam(!),*  
*quae loca acquisita 'ad istam sedem, quam fundavisset,*  
*iure proprietatis contulisset'. Pippinum principem in*  
*Italia contra Langobardos pugnantem in locum Langobardorum principis substituit, ad quem Corbinianus mori-*  
*bundus Erimbertum legatum misisset, ut donatio sua eccl-*  
*siae S. Mariae confirmaretur, immo Pippini illius chiro-*  
*graphum finxit, scilicet confirmationem donationis illius*  
*et concessionem regalem eiusdem principis, qua libertatem*  
*episcopos eligendi et legitime substituendi familiae Frisin-*  
*gensi dedisset, quam chartam tempore Waltonis episcopi*  
*cum reliquis ecclesiae Frisingensis ornamenti ignem con-*  
*sumpsisse dixit. Charta illa unica Corbiniani si Pippini*  
*principis nomen tulisset, id quod Conradus contendit, eam*  
*vel hanc ob causam falsam fuisse necesse esset, sed eius-*  
*modi libertatem Corbiniani condicioni omnino non respon-*  
*disse supra exposui*<sup>4</sup>.

1) *Sunt versus Wilhelmi Malmesburiensis, De gestis reg. Angl. I, 85 (SS. X, 455; ed. W. Stubbs I, 84); cf. AA. SS. Oct. VII, p. 1051.*

2) *Potius Iuvaviensium.* 3) *Ex Conradi sacristae Libro traditionum Frisingensium; ed. G. Waitz, SS. XXIV, p. 318.*

4) *Supra p. 152.*

*Conradi operi in codice Guelferbytano n. 205. inter Helmstadienses 2<sup>o</sup> (= v. Heinemann n. 238), saec. XV, quo post F. W. Rettberg<sup>1</sup> ipse usus sum, versus antecedunt (fol. 208') ad vitam Corbiniani et in primis miracula spec- tantes, qui ad recensionem B, adhibitis fortasse et Ottone et Conrado, redeunt:*

Ante vite eius picturam exhibetur suprascriptio.

Mittit hic presulem . Gregorius [tercarius<sup>a</sup>] Corbinianum.

Spina concutitur . sed mustum non violatur.

10 Presulis reducit fur mulam . furtim sublatam.

Defert piscem aquila . presuli celitus emissum<sup>b</sup>.

Demitat hic ursum . post equum<sup>c</sup> peremptum.

Iudicem precatur . ne latro morte puniatur.

Latronem redimit . ab exicio<sup>d</sup> triduanum.

15 Hic ordinat monachum . a crucis morte redemptum.

Vir virga montem . compellit mittere fontem.

Reficit eternis . episcopus populum verbis.

Sumpto viatico . transfertur anima celo.

Corpus sacramatum . ter deno die [tollunt<sup>e</sup>] tumulatum.<sup>f</sup>

20 Frisingam vehitur . presul inclitus sepeliendus.

Languores sanat . arreptos a demone curat.

Petrus Calo de Clugia (hodie Chioggia) ordinis Praedicatorum († 1348), de multis sanctis referens, quorum Iacobus de Voragine mentionem non fecerat, etiam 25 Corbiniani vitam breviter tractavit<sup>2</sup>, praescr.: De S. Torbiniano ep., inc.: Torbinianus episcopus a papa Gregorio tempore Pippini Grossi factus — — et in ecclesia S. Mariae tumulatus.

Eundem textum in codice Admontensi nunc n. 13, 30 saec. XIV, repperi<sup>3</sup>, ubi nomen recte scriptum est Corbinianus.

Petrum Calonem inter auctores suos enumeravit Petrus de Natalibus, qui inter a. 1369. et 1372.<sup>4</sup> Catalogum sanctorum et gestorum eorum ex diversis volumini-

35 a) vocabulum metro eliditur; iunior (ita Vitus Arnpeckhius) super praecriptionem additum ad eundem papam referendum est c. b) sribas; missum. c) suum deesse videtur. d) ita in mg., circēd in textu delet. e) metri causa expungas.

1) Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p. 258. 2) A. Poncelet, 'Le Légendier de Pierre Calo', Analecta Bollandiana XXIX, 40 p. 91, n. 640. 3) Cf. 'Archiv' VI, p. 164; SS. rer. Merov. VI, p. 350. 4) Cf. A. Poncelet, Analecta Bollandiana XXIX, p. 35.

*bus collectum<sup>1</sup> composuit, cumque opus decessoris ita excerpisse dicatur, ut eius textus pro illius exemplari adhiberi possit, etiam vitam quam dedit Corbiniani (Lib. VIII, c. 54) ex eodem fonte pendere verisimile est. Certe p. 558. ea quae enarravit (inc.: Corbinianus \*episcopus Frixigenū. a papa Gregorio primo factus fuit tempore Pippini Grossi regis) cum recensione B miraculum ursi continente conveniunt et ad codicem quendam<sup>2</sup> redeunt, cum ita desinant: terre suffossus post annos XL recens adeo inventus est, ac si ea die fuisset effusus. Corpus vero eius tunc temporis translatum est Fasingam: et una cum dicto sanguine in ecclesia sua sepultum est in marmoreo mausoleo.*

*Nomina ut locorum misere depravata sunt ita etiam hominum, e. gr. Huinsgus pro 'Husingus'.*

*Vitus Arnpeckhius presbyter et clericus Lands- 15 hutensis et Frisingensis librum suum de gestis episcoporum Frisingensium<sup>2</sup> ad obitum Sixti episcopi Frisingensis a. 1495. et ad electionem Rudpertii, filii electoris Philippi comitis palatini ducisque Baiuvariae, perducens, primo loco de Corbiniani rebus gestis ad 'librum, qui de vita eius 20 inscribitur', disseruit itemque codicem quendam<sup>3</sup> recensionis B habuit, quacum caput de sepultura (nobis 27 med.) 31 (cf. p. 170, 1) numeravit, sed finem fere totum ex Conrado Sacrista deprompsit. Ecclesiae Frisingensis origines usque ad Carum imperatorem Romanorum et S. Maximilianum archiepiscopum Laureensem rettulit, cuius ecclesiae suffraganeae cum aliae fuissent tum 'Frixinia alias Frisinga', ita ut Corbiniani aevo perfectum tantum esset, quod ante 450 annos esset inceptum. Locum sepulturae Corbiniani tumulumque beati Valentini, ubi primo oratorium construxisset, Conrado accuratius distinxit, additis verbis 'vulgariter auf Zemberg' (i. e. Zenoberg), qui mons eo magis arrisit eius successori. 25*

*Iohannes Freiberger, decretorum licentiatus, canonicus Frisingensis et ecclesiae S. Petri in Vohburgk pastor 35 († 1541), Vitam Corbiniani<sup>3</sup> similiter atque auctor B*

1) *Editio Argentina a. 1513.* 2) *Ediderunt v. Deutinger, 'Beyträge zur Gesch., Topographie und Statistik des Erzbistums München u. Freising', Monachii 1851, III, p. 473 sqq.; G. Leidinger l. l. p. 849 sqq. (cf. p. CXVI sqq.). Arnpeckhius Vitam Corbiniani B etiam in *Chronica Baivariorum II*, 12—17, 19—22, 35 (ib. p. 56 sqq.) exscripsit.* 3) *Vitam Corbiniani post editionem principem a. 1520. paratam ediderunt (Peter Paul Finauer), 'Bibliothek zum Gebrauch der baierischen Staats-Kirchen- u. Gelehrten-Geschichte', 1772, tom. I, p. 81 sqq.; v. Deutinger, 'Beyträge*

'stilo simplici brevissimo ac familiari explicare' cupiens, multo plura decessoribus enarrare poterat sibi excogitata, cumque iam Conradus Maise pro patria Corbiniani habuisse, is totam regionem Melitonensem cum villis Mais et 5 Kortsch (Thorses) coniunxit, contendens in castro Zenburgk, i. e. in monte Zenonis, locum eius natalem fuisse, ubi etiam sepulchrum utriusque sancti collocavit et Valentini et Corbiniani, scilicet in capella S. Gertrudis. Tunc igitur nondum de parva Valentini capella in altera Passeris amnis 10 ripa sita cogitaverunt viri locorum illorum periti. Altera capella eaque maior in monte Zenonis sita, quem dominus Ulricus Suppanus a. 1237. tenebat<sup>1</sup>, ipsius Zenonis nomen fert in epistula indulgentiae a. 1288. paenitentibus festo S. Zenonis et Corbiniani episcopi data, cumque propter 15 nimiam vetustatem multis locis tunc miserabiliter concussa esset, sita in Curiensi dioecesi, eleemosynas expectabant ad eam reparandam seu ad ornamenta vel luminaria capellae<sup>2</sup>. Ottomem episcopum Frisingensem Freiberger et adhibuit et citavit, sed eo ab illo differt, quod Corbiniano et Bonifatio aequales addidit Virgilium Iuvaviensium archiepiscopum pro Ruperto, immo etiam Valentinum Tridentinum. Residebant eo enarrante Tassilo in castro Schonfeld prope \*Ambergam, Theodo filius eius in Abbach p. 559. prope Ratisbonam, quibus primo Grimoaldus, deinde Hugbertus successisset. Fausta comitissa defuncto marito tutelae principis se cum omnibus bonis suis subiecit, isque post eius mortem castrum quod habuerat in monte, 'qui antea vocabatur Todtmons, sed nunc Weyhenstefen dicitur', Corbiniano assignavit, qui capella S. Stephani constructa 20 12 fratres sub regula S. Benedicti ibi congregasset, ecclesia vero maiore aedificata in honorem Mariae, Valentini, Zenonis conventum eo transtulisset, uno solo capellano in capella S. Stephani relicto. Luitprandus Langobardorum rex non solum Valentini corpus, sed corpora sanctorum, 25 30 35 ideoque etiam Corbiniani, ad urbem Tridentinam transferenda et sepelienda curavit, ita ut 'usque hodie' in capella

*zur Geschichte, Topographie u. Statistik des Erzb. München u. Freising, Monachii 1850, I, p. 26 sqq.*

1) O. Redlich, *Acta Tirolensia I*, p. 426. 2) A. Roschmann,

40 'Glaubwürdige Nachrichten über das Leben und vormalig berühmte Grabstatt zu Mays in Tyrol des Heiligen Valentini, Bischofs zu Passau und beider Rhätien Apostels', 1746, p. 181. Binas capellas et Zenonis et Gertrudis descripserunt K. Atz et A. Schatz, 'Der deutsche Anteil des Bistums Trient', Bauzani 1907, IV, p. 223 sqq.

*S. Gertrudis duae sepulturae vacuae conspicerentur, cumque Aribō, cui 20 episcopatus annos auctor fere recte attribuit, septem viris ad principem Baiuvariorum missis ea in patriam reduxisset, scilicet Valentini Pataviam, Corbiniani Frisingam, populus tam Tridentinensis quam Maiensis 5 corpōribus amissis graviter maerens ecclesiam in honorem Corbiniani aedificandam curasse dicitur, quae 'hodie' paroecialis esset in vico Mais. Interim vero ecclesia paroecialis in vico Untermais S. Vigiliū<sup>1</sup> patrocinium nacta est, dum altera ecclesia S. Mariae sacra est; in Obermais ecclesia 10 nulla superest praeter capellam S. Valentino consecratam, quae super vicum illum prope Neuberg vel Trautmannsdorf sita patroni sepulchrum condere credita est saec. XVIII<sup>2</sup>.*

*Ex Iohannis Freibergeri opusculo auctor dissertationis de sancto Valentino ecclesiae Pataviensis patrono pendet, 15 cuius schedas codex Monacensis lat. n. 3595, saec. XVI, fol. 162—163, continet. Legenda enim S. Corbiniani, ex qua priorem partem excerptis, illius auctoris est neque vero in excerptendo ordinem debitum servavit falsoque capellam in monte Zenonis sitam altero loco S. Crucis dixit, quam 20 supra recte S. Gertrudis dixerat. Verbis: In alio loco dicitur ad alterum fontem transiens Valentinum iam scripsit in castro Maiensi in ecclesia S. Zenonis non longe a Tirolis sepultum esse, concordans cum Bartholomeo Tridentino, cuius supra<sup>3</sup> memini, corpusque Tridentum translatum a 25 Tassilone duce Baiuvariae Pataviam enectum esse. Quae cum alicuius momenti mihi esse videantur ad intellegendum, quo loco castrum Maiense fuisse usque ad saeculum XVI. crediderint, haec excerpta praefationi nostrae inserenda esse duxi:*

De sancto Valentino ecclesie Pataviensis patrono.

Ex legenda quadam sancti Corbiniani hoc excerpti.

**Freiberger.** Cum Pipinus rex Francie, pater Caroli Magni — — verbo salutis peperit. Qui postea Frisingensem ecclesiam edificavit et dotavit, cumque vir Dei Corbinianus diem resolucionis sue appropinquare intellexit, peciit, ut corpusculum eius non impediret sepeliri cum sancto Valentino. Cumque corpus eius plaustro — — vacue videntur.

ib. Corbinianus vero natus ex Melitonensi, — — dicebatur mons

1) *K. Atz et A. Schatz l. l. p. 239 sqq.* 2) *Potius S. Stephanus capellae illius patronus adhuc saec. XVIII. erat teste Meichelbeckio l. c. I, 1, p. 14; id quod vel Roschmannus concessit l. c. p. 71; cf. p. 76. 124. 138. 170.* 3) *Supra p. 110.*

Zenburghg sive<sup>a</sup> mons Zenonis. Arib<sup>b</sup> autem quartus Frisingensis Freiberger. ecclesie episcopus, qui rexit annis XX, — — parrochialis in Mays.

In alio loco dicitur, quod, cum appropinquasset<sup>1</sup> tempus obitus s. Valentini, se ecclesiasticis sacramentis fecit muniri, deinde in pace obdormivit.

Corpus vero eius in castro Mayensi in ecclesia sancti Zenonis non longe a Tirolis honorifice sepelitur, ubi multis claruit miraculis, et locus sepulture eius tanta venerabatur frequencia populi, quod sanctus Corbinianus Frisingensis episcopus apud s.

10 Valentinum suam elegit sepulturam, et deinde post mortem suam ibidem ad sepeliendum asportatum est, ut habetur in eius legenda.

Deinde per decursum temporis corpus s. Valentini de eodem castro a \*Longobardorum gente honorifice in Tridentinam trans- p. 560. latum est, demum ab illustro<sup>c</sup> duce Bavarie Tassilone in civi- 15 tatem Pataviensem cum summo honore effectum<sup>d</sup> est, quod et ibidem magnifice honoratur et colitur, ubi in ecclesia multis claruit et hodie claret miraculis.

*Denique legenda non solum per studiosissimos gloriae patroni auctores novis incrementis aucta est, sed etiam 20 vulgus nomina locorum suo intellectui aptata cum fatis Corbiniani conexuit. Aufham ecclesiola paroeciae Feldkirch ad viam Salisburgo Monachium ducentem sita locus ille fuisse existimabatur, qui corpus Corbiniani receperisset, cum noctu quieturi (c. 37) illud reposuissent Frisingam 25 transferendum, ibique episcopus una cum ursῳ serviente in vitro a. 1404. pictus erat<sup>2</sup> et patronus secundus cultus. Statio autem illa, ubi funus Corbiniani et in aditu castri Maiensis (c. 29) et in reditu (c. 38) constitisset, ubique propter sanguinem reconditum ecclesia constructa esset, 30 placebat Dettendorf vel Totendorf, i. e. vicus mortui, ibique item vitrum pictum Corbinianum repraesentat, cui ad pedes donator, clericus quidam, supplicaturus procumbit<sup>3</sup>. Librarius vero saec. XV. codicis 9c, cum meminisset capellam S. Corbiniani locum quondam nominatum esse post 35 villam Höttling prope Oenipontum situm, qui mutato nomine ‘in den hard docz sant Antwein’ tunc dicebatur, — hodieque locus ‘Harter Klamm’ in tabulis geographicis adnotatus*

a) sue c.    b) A. a. q. bis scr. c.    c) ita c.    d) lege evectum.

1) De Corbiniani obitu haec scripta sunt in Vita B c. 27.

40 2) Mayer-Westermayer, ‘Statistische Beschreibung des Erzbistums München-Freising’ (1874) I, p. 53.    3) Mayer-Westermayer l. c. (1880) II, p. 27; Peter Pfäfersich, ‘Gesch. der Pfarrei Irschenberg’ (‘Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte’, Monachii 1863, XXIII, p. 110).

*est prope Höttting, — ibi ecclesiam fuisse voluit sanguine patroni notabilem. Consentaneum est suum quemque locum, quocum quibuslibet studiis coniunctus esset, anteposuisse neque vero talibus similibusque nugis amplius vacare licet.*

B. Krusch.

5

## I.

### VITA AUCTORE ARBEONE.

DOMINO VIRGILIO<sup>1</sup> SACRAE INDAGATIONIS SCRIP-  
TURAE INSTANTE PRAECIPUO TEMPORE ET SA-  
GACISSIMO HERES<sup>2</sup> EXIGUUS IN DOMINO SALUTEM. 10

Tot fontis<sup>a</sup> eminentiae tuae pectoris arcem<sup>3</sup> divini  
muneris, convallia<sup>b.</sup><sup>4</sup> iam sitientia<sup>c</sup>, abyssi micantem con-  
perimus claritatem<sup>d</sup>, ex cuius rivolis<sup>e</sup> ardorem satiari conati<sup>f</sup>  
decrevi, sed, inhiante humo, rorantes guttas arenosus<sup>g</sup> ob-  
sorbuit<sup>h</sup> rus: inlicite preoccupationis<sup>i</sup> redundatus<sup>k</sup> terrenis, 15  
p. 561. prurigo vitiiorum pollulans<sup>l</sup>, sacrum \*locum occupant<sup>m</sup>.  
Famine<sup>5</sup> fructus, transfluenta<sup>6</sup> exortationis vestrae praecipue  
doctrinae unde<sup>n</sup>, in prohemio pie recuso pater, ut hoc quod  
iusseras a me queat fieri, quod tanti patris exscriberem  
originem pariterque vitae denotarem<sup>o</sup> virtutes, ad ultimum 20  
pii post obitum muneris largitoris ingentia tumulum erga<sup>7</sup>

#### I. Prolog. 1.

*Prol. a) m. al. corr. fontibus 1. b) (con m. al. superscr.) vallia ita 1; ima convallium infra p. 191, 13. et V. Haimhrammi c. 2. 27. c) ita scripsi; scientia 1. d) tuam m. al. add. 1. e) m. al. corr. rivuli ardore 1. f) conati m. al. corr. 25 conat<sup>o</sup> 1; cf. concubiti c. 36. g) m. al. corr. arenosum 1. h) ita 1. i) pre-  
occupationis m. al. corr. preoccupationib<sup>o</sup> 1. k) m. al. corr. redundans 1. l) m.  
al. corr. pullulans 1. m) corr. occupat 1. n) i. e. unda; v. SS. rer. Merov. VI,  
p. 532, 50. o) m. al. corr. denodarem 1.*

1) Virgilius abbas monasterii Aghaboe ex Hibernia adactus c. 30  
a. 746/7. episcopatum Salisburgensem suscepit, sed episcopus multo post  
ordinatus est, fortasse a. 755 (v. supra p. 133), diemque supremum obiit  
a. 784, die 27. Novembri. Insequentia ita construas: sacrae scripturae  
indagatione instante (i. e. praesenti) tempore praecipuo. 2) De  
diversis Arbeonis nominibus supra p. 121, n. 2, egi. 3) Intellegitur 35  
'arca' et Fortunatus 'arca' cum pectore coniunxit, scribens pectoris area  
Carm. IV, 11, 4; VII, 8, 36. Arbeo vero 'arcæ' ablativum formavit (V.  
Haimhrammi c. 40, supra p. 90, 9, v. SS. rer. Merov. VI, p. 532sq.),  
depravatum supra in 'arcem'. 4) Cf. Ps. 103, 10: Qui emittis fontes  
in convallibus. Ita construas: Tot fontibus abyssi (cf. Gen. 7, 11), 40  
convallibus iam sitientibus, p. arca divino munere micantem c. cl.  
eminentiae tuae, ex cuius r. ardorem conatus (gen.) sat. decrevi.  
5) I. e. faminis, sermonis. 6) Pro 'transfluente'. 7) Verba ita  
disponas: ad ultimum post o. pii munere (cf. infra p. 193, 8 et chartam  
Heredis a. 773, Bitterauf p. 87) largitoris ingentia eximia (cf. p. 193, 26) 45  
erga tumulum deaurarem.

deaurarem eximia: quae nec sufficere me profiteor, nisi orationibus fuero vestris suffultus.

Statim in exordio huius operis in precipicium lapsus ruo per inaudientiam<sup>1</sup> assertionibus<sup>2</sup>, nisi per aratrum rationabilis normae vestræ locutionis fuerit delimitatum, ut rusticatis tergit pulverem lingue<sup>b</sup>.<sup>2</sup> virtutis modulum ad aedificationem audientum, ut Dei discant venerare cultores, quod in suis glorificatus Deus sit sanctis, ut, ubi verbum non sufficit praedicantis, exempla prebeant amoris, quae 10 operatus est vitae auctor in iustis.

### EXPLICIT PROLOGUS.

### INCIPIT VITA SANCTI CORBINIANI.

(1<sup>a</sup>). Isdem venerandus vir Dei ex regione Militonense<sup>3</sup> ortus fuit, ex vico qui nuncupatur Castrus, ex patre Walte- 15 kiso<sup>4</sup>, genitrice Corbiniana; qui dum in utero conceptus fuisset, divina p̄aeveniente<sup>b</sup> genitor eius evocatione languori<sup>c</sup> correptus, ex hac luce migravit. Illius vero post obitum venerandus vir Dei natus est et genitoris sortitus vocabulum ex sacro fontis sumpsit lavacro; isdem unigeni- 20 tus<sup>d</sup> dum fuisset, viduata mulier tante dilectionis soboli<sup>d</sup> caris<sup>e</sup> in suum conabatur filium<sup>f</sup> vertere vocabulum; in cuius usitato nomine adherebat infantulum<sup>g</sup>, ut patrinomiae<sup>6</sup> privaretur vocationi, ut<sup>h</sup> matrinomius<sup>i</sup> existeret Corbinianus. Dum autem aetate prolixior venisset<sup>i</sup>, coepit inspiratione 25 existere divinitus et ad religionis summis<sup>k</sup> inicere vitae<sup>7</sup> nisibus et sacras inserere pectori leges, omnia mutabilia vane ambitionis gloriae parvi pendens, coepitque sacra lec-

#### I. Prol. Cap. 1. 1.

Prol. a) m. al. corr. assertionis 1. b) m. al. corr. lingua 1.

30 C ap. 1. a) capita ipse distinx. b) gratia m. al. superscr. 1. c) m. al. corr. languoris 1. d) m. al. corr. sobolis 1. e) corr. cari 1. f) m. al. corr. filii 1. g) infantulu, extrema hasta pallescente, 1. h) et coni. Petschenig. i) ita pr. m., vel fuisset m. al. superscr. 1. k) subaudias manus; v. p. 209, 15-216, 17.

35 1) Per inauditas assertiones, inusitatam elocutionis consuetudinem. 2) I. e. ut p. r. linguae t. v. modulus. 3) Melun (dēp. Seine-et-Marne). Nomen vici alii Arpajon (arr. Corbeil, dép. Seine-et-Oise) interpretati sunt, alii Chartrettes (cant. Châtelet, arr. Melun, dép. Seine-et-Marne), sed neuter locus convenit, nomenque Castri satis commune ex 40 ingenio auctoris ortum videtur esse; cf. supra p. 136sq. 4) Waldkis nomen in Libro Confraternitatum ecclesiae Salisburgensis occurrit; cf. supra p. 136. 5) Nihilominus carnalis Corbiniani frater infra commemoratur c. 33, quem Ermbertum primum dioecesis Frisingensis episcopum fuisse voluit B. Vide supra p. 137. 6) Vocabula formata sunt, 45 sicut 'binomius' (ita Gloss. Labb.). 7) I. e. ad vitam rel.

tionis indagator existere, psalmodiam diligere, ieunium amare, vigiliis saepe orando pernoctare, hospitalitatem diligere, ad hocque<sup>a</sup> divino perductus amore, ut seculum a iuventutis relinqucret flore<sup>1</sup>, seque<sup>b. 2</sup> suaे continentiae coepit solertissimus existere custos.

p. 562. \*(2). Dum quadam die ad beati Christi confessoris qui<sup>a</sup> fuerat Germani ecclesiam in prefato conditam venisset Castro, qui<sup>b</sup> paene relicta<sup>3</sup> in urbe apparebat distracta<sup>c</sup>, ante foras huius ecclesiae parvum sibi construxit ergastulum<sup>4</sup>, tante dilectatus<sup>d</sup> solitudine semet ipsum inmergens, aliud nihil possidens, excepto ministros, qui sibi exteriorem exhiberent necessitatim<sup>e</sup> solatum, quos cotidie monitionis sacre studebat verbis irrigare, ut suaef imitatores existerent vitae: coepitque universa ad eum confluere plebs et sacra illius sectare<sup>g</sup> monitas<sup>h</sup>, et quicquid, excepto stipendia corporis, oblata suscepserat, indigentibus erogare praecipiebat.

(3). Dum quadam<sup>a. 5</sup> vindimiarum<sup>b</sup> advenisset tempus, cooperuntque primitias Dei deferre viro cellulac<sup>6</sup>, quibus collectis, ministri vasum<sup>c</sup> non modicum impleverunt cellariae<sup>d</sup>. Dum quadam<sup>e</sup> noctis silentio mustus<sup>f</sup> intumiscere coepisset, tante vim vini fervorem vas sufferre nequiverat, spinam<sup>7</sup> eiecit tam fortiter, ut eius ictu sonitus cellulæ aurem viri Dei commovisset. Qui statim gestam rem intellexit, ut erat<sup>g</sup>, seque in orationem proiecit; silentium<sup>8</sup> suum ut servaret, ministris indicare distulit, sicque pernoccitans orando, usque dum matutinas Deo solvere deberet laudes. His peractis, ex more tintinnabulo<sup>9</sup> ministros convocans, vini suspicionis damnum infertens<sup>h. 10</sup>: ex his cella-

### I. Capp. 1—3. 1.

C. p. 1. a) hoo q::: (ras. ue) m. al. corr. hocq; 1; Ad hoc quoque B. b) seq:: 30  
(ras. ue) m. al. corr. seq; 1.

C. p. 2. a) m. al. corr. que fuerat, sed mox haec delevit 1. b) m. al. corr.  
que 1. c) m. al. corr. destr. 1. d) m. al. corr. del. 1. e) necessitatim m. al. corr.  
necess. 1. f) sanetae Periz. g) m. al. corr. sectari 1. h) monita:, ras. s(?) 1.

C. p. 3. a) die m. al. superscr. 1; v. supra l. 6. b) m. al. corr. vindem. 1. 35  
c) vas:::, ras. enā(?) 1; cf. p. 191, 3. d) m. al. delevit cell. et superscr. et 1. e) m.  
al. corr. quadam 1. f) mustus, m. al. superscr. vel tum 1. g) ut erat m. al.  
expunxit 1. h) ita primo 1.

- 1) Cf. Greg. Dial. I, prol.: a primaevo iuventutis flore. 40  
2) Intellegas: ipseque. B: et sanctae c. 3) I. e. deserta in urbe. 4) Ergastulum pro cellula accipitur, quod infra legitur. 5) Pro 'quondam'; v. l. 20. 6) I. e. 'viro Dei deferre in cellulam', cf. p. 191, 25. 7) I. e. dolii epistomium. Cangius h. v. 8) Regula Benedicti c. 42: Omni tempore silentium debent studere monachi, maxime tamen nocturnis horis. 9) Ib. c. 38: Si quid tamen opus fuerit, sonitu cuiuscumque signi potius 45 petatur quam voce. 10) I. e. suspicionem vini damni inferens.

rio<sup>1</sup> qui praeerat, vocabulo Ansericus, arrepta clave, cellam ingressus, spinam pedes<sup>a</sup> submissa<sup>2</sup> manu collegebatur<sup>b</sup> propria; ad vasum<sup>c</sup> vero cum venisset, res mira et nostris stupenda temporibus! qui tam incolomis repertus est, quod nec gutta cecidisse conprobatur. Ad virum Dei cum detulisset, sub omni custodia silentii fieri decrevit miraculum.

Greg. Dial.  
III, 5.

(4). Quadam vero die fur quidam antiqui hostis inmissione sine retractatione<sup>3</sup> mulam quandam ex propinquo rure furare<sup>a</sup> ausus est, supra quam ascendens propinquob<sup>b</sup> salto se inmergebatur<sup>c</sup> latibulis. Ministri vero viri Dei, vespero adpropinquante, mulam, quam prefati sumus, minime repperere<sup>d</sup> potuerunt, huc illucque studiosissime<sup>e</sup> querentes atque discurrentes per latera montium et ima convallium atque silvarum saltos<sup>e</sup>, nec non et ea perscrutantes loca, quo prius mula pascere<sup>f</sup> solebat, usque dum, peracto crepusculo, nox ita praevaluisset, ut coacti vacuique<sup>g</sup> \*do<sup>p. 563.</sup> mui<sup>h</sup> reverterentur. Damnum mulae ad virum detulerunt<sup>i</sup> Dei. Ipse autem eos leniter consolatos amisit<sup>j</sup>, seque in orationem prosternens et ita in fletu et lamentatione orando pernoctans<sup>k</sup>, usque dum constituta hora matutinas Deo solvere debuisset laudes. His peractis, paulisper lectulo se deiecit, ut post tantam afflictionem modicam corpori dormiendo concederet requiem. Angelus autem in ipso matutinalis tempore<sup>k</sup> crepusculo ei per visum apparens, qui furem cum ipsa mula suae cellulae venire praedixerat. Cum a somno vir Dei suscitatus fuisset, nihil dubitationis animo inherens, sed, accepta fide, Deo retulens<sup>l</sup> laudes atque beato Germano, in cuius foribus sibimet ergastulum construxerat<sup>m</sup>, in quo iacebat, ab oratione resurgens, ad<sup>n</sup>

30 I. Capp. 3. 4. 1. 2 (a l. 29).

Cap. 3. a) m. al. corr. pedis 1. b) collegebat<sup>n</sup> m. al. corr. colligebat 1.

c) ita(?) pr. m., m. al. corr. vas 1.

Cap. 4. a) m. al. corr. furari 1. b) m. al. corr. propinqui saltus 1.

c) ras. ur 1. d) m. al. corr. repperire 1. e) m. al. corr. saltus 1. f) m. al. corr. pasci 1. g) coactiva cuique 1, corr. h) ita scripsi (cf. supra p. 157); domum 1; domi revertabantur B. i) per noctans 1. k) m. al. corr. temporis 1. l) m. al. corr. retulit 1. m) mox de loco m. al. add. 1. n) ab ad incipit 2.

1) *Regula Benedicti* c. 31: Cellarius monasterii elegatur de congregatione sapiens, maturis moribus, sobrius — — sine iussione abbatis nihil faciat. 2) *I. e. spinam pedibus submissam.* 3) *I. e. haesitatione.* 4) *Regula Benedicti* c. 46: Si quis — — in quocumque loco aliquid deliquerit aut fregerit quippiam aut perdiderit vel aliud quid excesserit ubiubi, et non veniens continuo ante abbatem vel congregationem ipse ultro satisfecerit et prodiderit delictum suum 45 et q. s. 5) *I. e. dimisit, ut saepe.*

fenestram quam citius cucurrens<sup>a</sup>, signo ex more tintinnabuli ministros convocans<sup>b</sup>, hisque astantibus<sup>c</sup> praecepit, ut venientem furem cum mula minime ledere deberentur<sup>d</sup>. Sed haec nequaquam ambitionis vana<sup>e</sup> gloriae ministris praedixerat, sed ut eorum mentis insaniam mitigaret, ut ne<sup>f</sup> furore coacti Dei virtutem in suam mutarent insaniam, ut aut rei sanguis<sup>g;1</sup> ab eo non fuissent<sup>h</sup> aut funditus eum per non<sup>i</sup> emissent. Vixque inperantis verba perciperant, et ecce<sup>k</sup>! ostium cellulæ, ubi vir sanctus cum discipulis loquebatur, mula ingressa est: supersedentem obtulit furem ridigum<sup>2</sup> atque examentem<sup>l</sup> et dorso illius adherentem, ita ut quasi catenatus existeret et nequaquam, si velleret<sup>m</sup>, descendere quivisset<sup>n</sup>. Quem vir Dei deponere ministris praeciperat<sup>o</sup>. Depositus namque et humo proiectus, ridigus terrae instar ligno<sup>p</sup> vel lapide examens et insensatus<sup>q</sup> iacebat, coepitque vir Dei tam increpatione quam monitione<sup>q;4</sup> a sua nequitia eum quasi a somno grave<sup>r</sup> suscitare<sup>s</sup>. Qui dum instar dormientis expergefactus, tumorem<sup>t;5</sup> animi vulnera<sup>6</sup> confitendo<sup>u</sup> pavore<sup>v</sup> doloris dixit, se amplius peccare detestans, quamvis inopiae<sup>w</sup> consumeri<sup>x</sup> debuisset, eumque<sup>y</sup> prostrato<sup>z</sup> iacente<sup>a</sup> atque ex animo confitente<sup>b</sup>, ut vitam mutare debuisset, vir<sup>c</sup> Dei praecipiens, ut ex humo surgere debuisset: p. 564. qui tam concitus<sup>d</sup> surrexit, quasi ridigus<sup>e</sup> atque \*contractus minime fuisset. Et sic suae miseriae referebat historiam, quomodo in dorso asellae sine somno pernoctaret, tot mon-

cf. Gen.  
45, 26.

5

10

15

20

25

## I. Cap. 4. 1. 2.

*C. a p. 4.* a) *m. al. corr. currens* 1. 2. b) *m. al. corr. convocabat* 1. c) *stantibus* 2. d) *m. al. corr. deberent* 1. 2. e) *vane ambitionis gloriae supra p. 189, l. 27.* f) *nec* 2; cf. p. 193, l. 22. g) *m. al. corr. sanguinis* 1. h) *fuisset m. al. corr. fudissent* 2. i) *m. al. add. ante peremissen* 1; *per non emissem m. al. corr. non peremissen* 2. k) *ec* 1. l) *ex cras. et m. al. superecr. vel exanimem* 1. m) *ita pr. m., corr. vell:::et* 1; *vellet* 2. n) *ita* 1. 2; *nequivisset B.* o) *preceperat* 2. p) *m. al. corr. ligni vel lapidis* 1. q) *(quam ad m. al. in litura scr.) monitione* 1; *quam ammunitione 2 cum B.* r) *m. al. corr. gravi* 1. 2. s) *suseitate;* ras. t(?) 2. t) *ita* 1 (*pr. m.*) 2; *corr. timorem* 1, *et sic B.* u) *confidendo* 2; cf. p. 198, 22. v) *deletis verbis* pavore — *detestans, m. al. superscr. de-* posuisset, præ pavore se dixit non amplius peccare et add. que 1. w) *extremum e ras.* 1. x) *m. al. corr. consumari* 1. y) *Cumque* 2. z) *m. al. corr. pro-* stratum 1. a) *m. al. corr. inaenit et erasum vocabulum, quod superscriptum erat,* 1. b) *m. al. corr. confitente* 1. c) *ita* 2; *vir — debuisset pr. m. om., m. al. superscr. vir Dei ex humo surgere iussit* 1; *eum vir Dei ex humo iussit surgere (ita B 1a. 9; resurgere rel.) B.* d) *ita* 1. 2; *concite B; concitatus Riezler.* e) *m. al. corr. rigidus 1. 2 (semper).*

30

35

40

1) I. e. 'aut rei sanguinis ex eo non fuissent aut f. eum non peremissent'. *De accusativo sanguinem* cf. *Forcellini Lexicon h. v.*; *Rönsch, 'Itala und Vulgata'* p. 265. 2) I. e. *rigidum a. exanimem.* 3) I. e. *nihil sentiens.* 4) Cf. *V. Haimhrammi* c. 36: monitionis nostræ atque increpationes. 5) I. e. *animi perturbatione.* 6) *Sunt peccata;* cf. p. 198, 22. 212, 10.

45

tium summitates atque convallium inriguas<sup>a. 1</sup> circumisset<sup>b</sup>,  
 silvarum sita<sup>2</sup> atque veprium<sup>c</sup> densitates perambulasset<sup>d</sup>,  
 quasi a mula victus<sup>e</sup> ut fuisse. Quibus dictis veritatem  
 5 vulnerata facies declarabat, et sic se ab inrationabile ani-  
 male adductum<sup>f</sup> sine scientia ad virum Dei<sup>g</sup> fuisse pro-  
 fessus est, qui rationabilis per intempesta noctis<sup>3</sup> evadendi  
 viam vel latendi minimae<sup>h</sup> repperire potuerat. Sed quid  
 mirum<sup>i</sup>, quod orationes iustorum divini largitoris munere  
 10 valeant vincla reprobis inicere et amentis<sup>k</sup> industria revo-  
 care, cum tanta suis electis divina praestiterit maiestas?  
 Homo Helias dum fuisse passione nobis conpar, tamen  
 imbres orando clauserat, caeli flabra verbo retinens, ut cum  
 15 sterilitate<sup>l</sup> alimoniorum veri Dei proderet notitiam et  
 Israheliticim<sup>m</sup> populi sterilitates<sup>n</sup> tersisset animarum, et quam-  
 vis coacti veram<sup>o</sup> susciperent imbre<sup>p</sup>, et suae praedica-  
 tionis<sup>4</sup> eorum arentia conplueret<sup>5</sup> rura, et<sup>6</sup> pariter cum  
 20 alimonia humus inriguus<sup>q</sup> non parturiret corporum imbre<sup>r</sup>,  
 coacti fame veram<sup>s</sup> susciperent imbre<sup>t</sup> doctrinae et germe  
 fidei protulissent<sup>u</sup> Deo<sup>t</sup>. Itaque vir Dei oratione alligens<sup>u</sup>  
 25 reum, ut a suae<sup>8</sup> nequitiae<sup>v</sup> solveretur animae, accepta  
 paenitentia cum munera<sup>w</sup>: cui vir Dei tres argenteos lar-  
 gitus est, ut ne coactus vomitum lambaret<sup>x</sup> furti, qui letus  
 recessit.  
 30

(5). Coepitque<sup>a</sup> longe lateque fama eius crescere et fide-  
 lium ad eum fluere turba nobilium, ignobilium<sup>9</sup> utriusque  
 sexui<sup>b</sup> verba ad audiendam<sup>c</sup> vitae, in tantum eximia<sup>10</sup> illius  
 35

I. Capp. 4. 5. 1. 2.

Capp. 4. a) m. al. corr. inrigua 1. 2. b) circumisset 1, corr. c) veprium  
 corr. veprium 1; ut primum 2. d) perambulasse 2. e) ita 1 (pr. m.). 2; m. al.  
 30 corr. vinctus et eras. ut 1; vinctus anteposuit Petschenig. f) addictum pr. m. 2.  
 g) Deus pr. m. 2. h) ita 1; minimae 2. i) miram 2. k) ita 1 (pr. m.). 2.  
 l) m. al. corr. sterilitate, ras. s 2. m) Israhelici 2, corr. n) m.  
 al. corr. sterilici 1, et sic 2. o) ita 1. 2. p) ita 2 (cf. l. 17); morem 1.  
 q) m. al. corr. inrigua 1. 2. r) ita 1; varem pr. m. 2. s) protulisset pr. m. 1.  
 t) Dei pr. m. 2. u) ita 1. 2 (pr. m.). v) m. al. corr. nequitia 1. 2. w) m. al.  
 corr. munere 2; muneret 1. x) m. al. corr. lambaret 1. 2.

Capp. 5. a) que om. 2; cf. p. 192, 15. b) m. al. corr. sexus 1. 2. c) ita  
 1. 2 (pr. m.).

1) Hunc locorum situm in Alpes magis convenire quam in regio-  
 nem Melodunensem monuit S. Riebler. Cf. supra p. 136. 2) I. e.  
 40 situs. 3) Cf. Greg. Dial. II, 35: intempesta noctis hora (cf. 3. Reg.  
 3, 20). 4) I. e. sua praedicatione. 5) I. e. irrigaret. 6) Et  
 — non pro ‘neve’. 7) Subaudias ‘sed’. 8) B: ut a nequitia suae  
 animae solveretur. 9) Cf. Greg. Dial. III, 14: Currere viri et  
 45 feminae, nobiles atque ignobiles pariter cooperunt. In charta forensi  
 vallis Venusticae c. a. 1394. haec leguntur: ‘gemanlich edel, unedel’; cf.  
 de Ottenthal, ‘Mittheilungen des Instituts f. Oesterreichische Geschichts-  
 forsch.’ II, p. 113. 10) B: eximietas.

cf. 3. Reg.  
17 sq.

cf. Prov.  
26, 11.

Greg. Dial.  
III, 15.

vitae perflagans<sup>a. 1</sup>, ut ad summum maiorem domui<sup>b</sup> qui fuerat Pippinum<sup>2</sup> pervenisset, ita ut ipse suum per quendam praesidem pretiosissimum indumentum ex auro et lapidibus contextum, eximia varietate conpositum, quem ad campum<sup>c</sup>, antiquorum<sup>3</sup> mos ut fuerat, Martias<sup>d</sup> utebatur, ad viri<sup>e</sup> Dei cellulam transmittebat seque humillima illius prece orationibusque<sup>f</sup> commendabat. Sicque nonnulli nobilitabant<sup>g</sup> eum senes<sup>4</sup>, certatim concurrentes ad viri Dei p. 565. \*cellulam; alii pro<sup>h</sup> semet ipsis multa detulerunt, alii per directos exenia transmittebantur<sup>i</sup>.

(6). Coepit namque vir Dei exterioras<sup>a</sup> occupationes<sup>5</sup> flētibus<sup>b</sup> atque lamentis tergere, diebus singulis in augmentum ducere dolorem, intrinsecus tactus, suspiriis afflictus, gemitibus frequentatus<sup>c</sup>, quia tranquillitatem, quam quesierat, et solitudinem paene amisisse prospiciens<sup>d</sup> et paupertatem, quam amaverat, sibi deesse pertimescens et divitias, quas non quesiverat, in augmentum sibi amplius suisque dilatare, orationis studium ultra amittere<sup>e</sup> consuetudinem in responsis venientium et acceptione dantium et in dispensatione indigentium. In hisque<sup>f</sup> fatigatus tribulationibus<sup>20</sup> XIII. suae cellulae impleverat annum: tunc demum inhians<sup>f</sup> consilium, ad Romanam orationis studio ire decrevit et ibidem apostolici<sup>7</sup> doctrinae<sup>g</sup> commendasse vel eius exortatione, in quibusdam angulis ut sibimet et suis, qui venerant, beati demergareth.<sup>8</sup> Petri apostolorum principis patrimonia<sup>9</sup>, et ibidem permeditans<sup>10</sup>, sub ditioni<sup>i</sup><sup>11</sup> summi antestitis<sup>k</sup>

I. Capp. 5. 6. 1. 2.

Cap. 5. a) m. al. corr. perflagrans 1. 2. b) m. al. corr. domus 1. c) ad add., sed eras. 2. d) ita 1. 2. e) virum pr. m. 2; cf. l. 8. f) orationibus quae 2 (pr. m.). g) nobilitabat pr. m. 1. h) ita 1. 2; per Riezier. i) m. al. corr. transmittebant 1. 2.

Cap. 6. a) m. al. corr. exteriores 1. b) flēt. 2. c) m. al. delevit 1. d) prospiciens 2; persperxerat B. e) his qui fatigantur 2. f) m. al. corr. infens 1. g) se m. al. add. 1. h) m. al. corr. mercaretur 1; m. al. corr. demerget 2. i) m. al. corr. ditione 1. 2. k) m. al. corr. antistitis 1, et sic 2.

1) I. e. perflagrans. 2) Pippinus II., die 16. Decembris a. 714. defunctus. 3) Sane antiquorum mos fuerat campus Martius, pro quo Pippinus rex campum Mādium 'pro utilitate Francorum instituit'; cf. Fredeg. Cont. c. 48. 4) Intelleguntur seniores, optimates. 5) Gregorius M. in Regula pastorali II, 7. de exteriorum occupatione egit. 6) I. e. ultra consuetudinem dimittere. 7) Est sedis Romanae episcopus. 8) I. e. demercaretur, mercaretur, cf. p. 195, 18. 9) Intelleguntur praedia per ecclesiam acquisita; cf. chartam Frisingensem a. 773 (ed. Bitterauf I, p. 87): patrimonia sanctorum a fidelibus christianis tradita. Auctor vero B sicut infra c. 25. ita h. l. male scripsit: patrocinia. 10) I. e. valde meditari. 11) Charta Frisingensis a. 773 (ed. Bitterauf I, p. 87): sub huius ditioni tituli sancti Martini.

huius liminis sub sancte<sup>a</sup> conversationis regulae<sup>b</sup> perduceret<sup>c</sup> vitam.

(7). Movit autem vir sanctus suum comitatum et universa sublectilia<sup>a</sup>, que<sup>b</sup> in huius decenserat<sup>c</sup>.<sup>1</sup> utilitatem.  
5 Iam praefatis<sup>2</sup> vite<sup>d</sup> divino<sup>e</sup> sibi deesse non dubitamus auxilium, quod incolomes<sup>f</sup> ceptum perfecit itinerem<sup>g</sup>. Oratione apostolorum facta<sup>h</sup> principis Petri<sup>i</sup>, ad beatae memoriae Gregorii<sup>j</sup> pape<sup>i</sup> se contulit plantis: et suum<sup>k</sup> secretum sibimet<sup>5</sup> praedixerat<sup>l</sup> animi, et quibus coactus<sup>m</sup> \*ne-<sup>p. 566.</sup>

10 cessitatibus suum amiserat secretum et quomodo tranquillum humanis favoribus perdidisset portum et quibus secularium tumultibus carina in medium<sup>n</sup> magni maris iactaretur fluctibus<sup>o</sup>, quod vix solitudinis marginem recolendo prospiceret, et amplius formidanda coniecit<sup>7</sup>, temporalia a nonnullis  
15 congesta munera, quod sibimet ad pernitionis<sup>o. 8</sup> amplius cumulum<sup>p</sup> deputans quam ad vitae solatia<sup>q</sup>, et quomodo munera sibi a fidelium<sup>r</sup> commissa secum detulisset, ut praedia beati Petri vel exigua fructecta mercare<sup>s</sup> quivisset et

I. Capp. 6. 7. 1. 2.

20 *C a p. 6.* a) ita pr. m. 1; sanctae 2. b) m. al. corr. regula 1. c) ita 1. 2.  
*C a p. 7.* a) sublectilia corr. supellectilia 2; m. al. primo corr. universa subpellectilia que, deinde universis subpellectilibus, quas 1. Cf. infra p. 207, 22. et chartam Frising. a. 765 (Bitterau<sup>I</sup>, p. 53); sublectilia. b) quae 2. c) m. al. corr. vel decreverat 1. d) ita pr. m. 1; vitae 2; viae Riezler. e) m. al. corr. divinum 1. f) m. al. corr. incolomis 1. g) m. al. corr. iter 1; itinere pr. m. 2. h) m. al. corr. P. pr. ap. facta et add. in ecclesia 1. i) papae 2. k) m. al. corr. sui 1. l) ita 1. 2. m) coactis pr. m. 2. n) m. al. corr. mediis 1. o) m. al. corr. perditionis 1; m. al. corr. pernetionem 2. p) amplius cum vel (pro cumu?) disputans (m. al. corr. deputans) 2. q) solatio pr. m. corr. solatia 2. r) m. al. corr. fidelibus 1. s) m. al. corr. mercari 1. 2.

1) I. e. 'decensuerat' pro 'accensuerat', 'censuerat' codenque verbo Sundarherius notarius Arbeonis episcopi a. 773. usus est (Bitterau<sup>f</sup> l. l. p. 87): et in posteris condendum utile decensimus. 2) I. e. praefatae. 3) V. Bonifatii c. 6 (p. 28): et ad beati Petri mox 35 ecclesiam perveniens, diligenter se oratione munivit. Post facta add. in confessione B, sed malim subaudire ad sepulchrum, collato loco simili p. 210, 13. 4) Gregorius II. papa dic 19. Maii a. 715. consecratus cum Pippino maiore domus (infra c. 10) a. 714. defuncto haud facile conciliandus est. Totum autem Corbiniani iter Romanum suspectum est, cum ne Bonifatius quidem omnes ecclesiasticos honores eadem occasione accepisset neque cum pallio potestatem meritus esset per universum orbem praedicandi, sed eius exemplum Arbeoni praeluxerat, isque Willibaldi libro usus videtur esse; v. supra p. 139. Nullo modo credi potest Corbinianum iura pallii per universam Galliam exercuisse, ita ut epis- 40 scopis Gallicanis quoddammodo praefuisse. 5) Scilicet papae. B: eique. 45 6) Cf. Greg. Dial. I, prol.: Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior; — — dum immensis fluctibus turbatus feror, vix iam portum videre valeo quem reliqui. 7) B: adiecit. 8) Nomen origine et significatione idem ac pernicies. Forcellini h. v.

suam cum suis sub huius ditioni<sup>a</sup> auctoritatis<sup>b</sup> transitoriam terminaret vitam, ut sub<sup>c</sup> manuum suarum desudaret labore et opere precium<sup>d</sup> humi coegisset<sup>e</sup>, sicut huius vitae norma declarat<sup>1</sup>.

(8). Venerabilis namque et praenotatus papa viri<sup>a</sup> Dei  
 cum audisset verba, illius non ignarus sensus quibus zelis  
 accensis in deificum<sup>b</sup> ferrebat<sup>c</sup> opus, honestatem con-  
 templabatur vultui<sup>d</sup>, formam pusillam; membra tamen nobil-  
 itatis demonstrabantur<sup>e</sup> originem. Eratque vir facundissi-  
 mus et<sup>f</sup> humanitati praecipuus, conversatione inter<sup>g</sup> omnes  
 praeclarus, corde contra vitia ad irascendum velox<sup>2</sup>, ad  
 ignoscendum<sup>h</sup> conversis non piger, operatione<sup>i</sup> deditus, oratione<sup>k</sup>  
 studiosus, psalmodiae praeclarus, vigiliis frequens.  
 Sed quidnam<sup>l</sup> ex<sup>j</sup> eo dicendum est, qui<sup>m</sup> omnia omnibus  
 fuisse non dubium est? Sicut manna Ebreorum<sup>n</sup> populo  
 per desertum gradienti secundum<sup>o</sup> animi voluntatem diversis  
 fauicibus diversum reddebat saporem, itaque vir Dei spiritu  
 sancto repletus, unicuique se congruens sexui vel aetati, ut  
 per conversationis<sup>p</sup> studium ostendere quivisset exempla  
 virtutum. Sed haec vir sanctissimus intuens apostolicus  
 iam superius praenotatus, coepit cum suis inhire<sup>q</sup> consilium,  
 ut ne tot<sup>r</sup> luminis<sup>s</sup> fulgorem sub modium ponere deberetur<sup>t</sup>,  
 sed veritatis<sup>u</sup> supra candelabrum conprobare testimonium,  
 ut ab eo inradiantur<sup>v</sup> ingressi, et ei sacerdotalem ex  
 auctoritate beati Petri daretur<sup>w</sup> honorem et virginem pasto-  
 ralis<sup>x</sup> regimine<sup>y</sup>, quam<sup>z</sup> utebatur mente, ad<sup>z</sup> perfectionem

I. Capp. 7. 8. 1. 2.

C a p. 7. a) ita pr. m. 2 (*cf. p. 194, 29*); ditione 1. 2 (*m. al.*). b) auctori-  
 tati fortasse recte 2. c) m. vetusta superscr. 2. d) pretium 2. e) ita 1. 2.  
 C a p. 8. a) v. D. m. al. delevit 1. b) deificum pr. m. 1. c) m. al. 30  
 corr. ferrebat 1; servebatur pr. m. 2. d) ita 2 (*cf. p. 193, 26*); vultus 1. e) ita  
 1 (*pr. m.*); 2; m. al. corr. demonstrabunt 1. f) ita 2; (*et om.*) humanitat<sup>u</sup> pr. m.  
 corr. humanitati 1; et humanitate B. g) in pr. m. corr. inter 2. h) ita 1 cum  
 B; irascendum 2. i) m. al. corr. operationi 1. k) m. al. corr. orationi 1.  
 l) (quid m. al. suppl.) nam 2. m) m. al. corr. que 1. n) m. al. corr. Hbreo-  
 rum 1. o) ita m. al. superscr. 1; sec pr. m. 1; secun 2. p) conversatio 2, corr.  
 q) m. al. corr. inire 1. r) m. al. corr. tanti 1, et sic B. s) liminis 2. t) ur  
 eras. 1. u) ita 2; inradiantur 1; inluminarentur B. v) ur eras. 1. w) m. al.  
 corr. regiminis 1. x) ita 1 (*pr. m.*); 2; m. al. corr. qua 1. y) at 1.

1) *Regula Benedicti c. 48.* 2) *Ovid. ex Ponto 1, 2, 123:* Sed 40  
 piger ad poenas princeps, ad praemia velox. 3) B: de. 4) Ita  
 construas: 'sed supra c. ad comprobandum t. veritatis'. 5) *V. Boni-  
 fatii auctore Willibaldo c. 6* (*ed. W. Levison, p. 26, 16*): multique ab  
 eo spiritali doctrina edocati ad agnitionem veritatis, inradiantibus  
 verae lucis radiis, pervenerunt. 6) *Bonifatius Gregorii papae 45*  
*pedibus a 722/3. advolutus, qui euum in episcopatus gradum elevare  
 voluisset 'populisque pastorali prius sollicitudine privatis praeferre',*  
*quia teste Willibaldo c. 6 (p. 29): contradicere (cf. p. 197, l. 8) huic*

operis eius manibus conicerit<sup>a</sup> potestati. Tunc in viro Dei,  
quae consiliando \*tractaverat, opere perficiens, ad summum p. 567.  
per singulos deducens gradus pontificalem deduxit honorem.

(9). Virque<sup>a</sup> sanctissimus quamvis coactus, tamen dono  
5 Dei et divinis<sup>b</sup> largitoris munere<sup>c</sup> consentiens, psalmistae<sup>d. 1</sup>  
non inmemor dicenti<sup>e</sup>: *Qui noluit benedictionem, prolonga-*  
*bitur<sup>f</sup> ab eo*, quamvis honorem fugiendo humilitas vitupe-  
rasset<sup>g</sup>, tantum<sup>h</sup> patrem ne contradicendo contristaret vel  
divine<sup>i</sup> voluntati resistere videbatur<sup>k</sup>, coactus consensit.  
10 Recepto palleo<sup>l</sup> cum sanctiones<sup>m</sup> beati principis apostolo-  
rum Petri: ubique praedicationis officium exercere per uni-  
versum orbem potuisset<sup>n</sup>, ex tanti patris relatione potesta-  
tem habuisse, cum suo diligentissime denotato Galliis bri-  
vilegio<sup>o</sup> reversus est. Coepitque divinum ex ore illius  
15 emanare verbum<sup>p</sup> et mellifluam in audientium effundere  
praedicationem auribus instar vivi fontis, ex cuius vi ema-  
natione amnis efficitur<sup>q</sup>. Coepit namque doctrina illius per  
universam Galliam paulatim per yirorum ac feminarum<sup>r</sup>  
crescere moribus, tam sacrarum virginum et viduarum quam  
20 monachorum et sacerdotum dilatare pectoribus. Ipse vero  
verbū Dei administrans, quasi prudens dispensator<sup>s</sup> ecclae- cf. Lue.  
siae Christi unicuique mensuram tritici hilari ad se venien-  
tem<sup>t</sup> dabatur<sup>u</sup> vultui.

(10). Interea contigit, ut virum Dei maior qui erat  
25 domui<sup>a</sup> Pippinus ad se veniendi accerseretur obtutibus<sup>b</sup>.  
Eo autem ad palatium veniente, iussus ut fuerat, contigit,  
quendam supervenire secus viam ad<sup>2</sup> damnationis ultime  
reum hominem deductum suspensionis propter nequitiam  
latrociniī Adalpertum nomine, que frequentabatur, et<sup>\*</sup>

30 I. Capp. 8—10. 1. 2.

C. a. p. 8. a) ita 1. 2.

C. a. p. 9. a) ita 1. 2. b) ita 1 (m. al.). 2; divini pr. m. 1. c) mu-  
nere pr. m. 2. d) psalmistae; Non distinguunt 2. e) m. al. corr. dicentis 1.  
f) elongabitur B cum Vulg.; μακρωνθήσεται LXX. g) vituperasset 1, corr.  
35 h) ita 1; tanto V. Bonifatii c. 6; tamen 2 cum B et Riezler. i) divinae 2. k) m.  
al. corr. videberetur 1. l) m. al. corr. pallio 1, et sc 2. m) m. al. corr. sanctioni-  
bus 1; sanctiones 2. n) et add. B. 1. 1a. 9, quod excidisse coni. Petschenig.  
o) ita pr. m. 2; brivilegio 1, corr. p) verbis pr. m. 1. q) ita 2; efficit<sup>2</sup> (m.  
al.?) 1. r) ora m. al. add. 1. s) ita 2, B; et add. 1, delevit Petschenig. t) ita  
40 1 (pr. m.) 2 (m. al.); m. al. corr. venienti 1; venientium pr. m. 2; venientibus B.  
u) m. al. corr. dabat 1.

C. a. p. 10. a) m. al. corr. domus 1. b) m. al. corr. ad se venire deposceret 1.  
c) ut coni. P. Geyer.

tanto pontifici apostolico sedi praelato non auderet, consentit (cf.  
45 p. 197, l. 9) etiam et oboedivit. Cf. supra p. 139.

1) Ps. 108, 18. 2) I. e. 'reum h. ded. ad damnationem (ita p. 198,  
l. 5 sq.) ultimam suspensionis'.

futura<sup>1</sup> iam damnatorum mos est<sup>a</sup> huius paene<sup>b</sup> consequentium finem. Iam torte<sup>2</sup> collo illius circumplexo<sup>c</sup> et lores adiunctae necessitudinibus elevandi, ultra<sup>d</sup> iugum damnablem columnis perpensione<sup>e. 3</sup> praepositae<sup>4</sup>, postergum<sup>f</sup> manus<sup>g</sup> vincete<sup>h</sup>, et hii qui funem tenebant iam trahere ad damnationem conabantur reum viribus. Coepit namque vir Dei totis nisibus aequum quem sedebat calcibus cruentare  
 cf. Is. 58,1. et sub testificatione divini Dei voce exaltat<sup>i</sup> proclamare<sup>k</sup>, ut sibi venienti<sup>l</sup> spectare<sup>5</sup> deberentur<sup>m</sup>. Cum autem adpropinquabat, concitus ex equo<sup>n</sup> prosiliens, ad ipsum cucur-  
 p. 588. rents<sup>o</sup>, et principem huius operis quem<sup>p</sup> fuisset \*inquisivit. Cum quo tribunus<sup>6</sup> et centenarii, quibus haec credita fuerant, antestare<sup>q. 7</sup> fecisset, coepit humilia<sup>r</sup> postulatione, fixo in terra capite, ut reum sibi donare dignarentur vel poenas<sup>s</sup> deferre<sup>t</sup>, usque dum ipse ad principem pergere concitus potuisset. Hisque minime petitione illius obtemperantibus, agebant<sup>u. 8</sup>, publicam<sup>v</sup> sibi functionem<sup>w</sup> nequaquam audentur solvere<sup>9</sup>, ne forte illius praeparentur<sup>x</sup> poeney, qui tanta et talia cummisserat<sup>z</sup> crimina, ut regales commovisset aures ad sui<sup>a</sup> damnationis exitium. Tunc<sup>b</sup> vir Dei reum monere studuit, adsistentes longius amovit, ut omnem putredinem<sup>c</sup> anime<sup>d</sup> vulneris confitendo ad aditum oris perducere<sup>e</sup> debuisset, tam factis quam locutionibus atque cogitationibus

I. Cap. 10. 1. 2.

*Cap. 10.* a) est huius p. c. finem iam distinguunt 1. 2; recte distinxit 25  
*Petschenig.* b) paene 1, approbante M. Petschenig; paenae 2. c) ita coni. Petschenig; circumplexet. et 1. 1. 2. d) ita distinxit 2. e) perpensionem 2; perspensione praeposita et post t. coni. Petschenig. f) ita 2; post tergum 1. g) manus 1. h) vinctae 2. i) m. al. corr. alta 1; exaltat<sup>t</sup> postea add.<sup>i</sup> 2. k) ita 1. 2. l) veniente corr. venienti et m. al. corr. se venientem 1. m) ur 30 eras. 1. n) aequo 2. o) corr. currens 1. p) m. al. corr. quis 1. q) ita 1. 2; attestare Riezler. r) m. al. corr. humili 1, et sie 2. s) paenae 2. t) m. al. corr. differre 2, quod postulatur. u) obtemperantibus. agebant p. 2. v) bubilcam 1, corr. w) ita 1 et m. al. 2; factio[n]em nequaquam pr. m. 2. x) m. al. corr. praeparentur 1, et sic 2. y) paenae 2. z) m. al. corr. commiserat 1, et sic 2. a) m. al. corr. sue, subsequente ex(?) vocabulo, sed nunc eraso 1. b) Tum 2. c) ita recte pr. m. 1 (cf. p. 215, 16); m. al. corr. putredinem 1, et sic 2. d) animae 2. e) perdu(cer) m. al. in litura scr.<sup>e</sup> 1.

1) *Ita construas: 'et futurus mos est damnatorum, iam finem huius paene consequentium'.* 2) *Tortum Pacuvius pro laqueo accepit.* 40  
 3) *I. e. perpendendo.* 4) *Arbeo praeponere pro imponere accepit;* cf. infra l. 18. et p. 206, 7. 5) *I. e. expectare;* B: expectarent. 6) *Accusativus exspectatur.* H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgesch.', Lipsiae 1892, II, p. 180, tribunum in nostrum sermonem vertit 'polizeioffizier' et centenarios 'unterfuehrer', quam opinionem sequitur F. Dahn, 'Die Koenige der Germanen', Lipsiae 1894, VII, 2, p. 142. Arbeo vero in titulis distribuendis sibi non constat, nam infra c. 22 (p. 213, 8) tribunum pleniore titulo comitem tribunum vocavit, quem eundem c. 16 (p. 205, 7) principem vocaverat. 7) *I. e. in testem vocare.* 8) *I. e. aiebant.* 9) B: praetermittere. 45  
 50

corripiens: emendationem promittere studuit, vitam mutare, seculum<sup>a</sup> relinquere, commissa deflere, ventura cavere. Signum salutis capite illius munivit et collo, iam damnationis vincula coherentia, salutiferi vixilli manu propria signum de-<sup>5</sup> pixit<sup>b</sup>. Lacrimabile vultu reversus et<sup>c</sup> suum quod<sup>d</sup> prius equum<sup>e</sup> ascendens, sub omni festinatione ceptum carpabat<sup>f</sup> itinerem<sup>g</sup>.

(11). Eadem die perficere minime potuit: iterando pernoctans, secundum ad perfectionem itineris<sup>a</sup> complens diem, ad solis quippe occasum palacium perveniens, statim ex Hibero<sup>1</sup> prosiliens, summis<sup>b</sup> potestati inmergens, humilima<sup>c</sup> prece depositus, qualiscumque dependenti ut fuerit corpus, sibi eum<sup>d</sup> donare non dedigneretur<sup>e</sup>, et quomodo a dolo<sup>2</sup> ministris deposcatur, et his negantibus, sub qua<sup>f</sup> 15 merore decedisset<sup>g</sup>, exponans<sup>h</sup>. His dictis, princeps prae- fatus compassus est et eum, quem viventem tantus pontifex a ministris solvere non poterat penarum<sup>i</sup>, — iam aliud quis existimetur<sup>k</sup> quam mortuum<sup>l</sup>? — episcopo reddere pae- cipiens<sup>1</sup>, missis utriusque directoribus<sup>3</sup>, videlicet venerande<sup>m</sup> 20 memoriae Pippini et beati Dei viri Corbiniani<sup>n</sup> episcopi, qui acceptae epistulae<sup>o</sup>, sub necessitudinis veicula<sup>p. 4</sup> demu- tantes per loca, ut necessitas deposcerat<sup>q</sup>. Die vero tertia vesperiscente<sup>r</sup>, \*— res inaudita et valde incredibile<sup>s</sup>, si<sup>t</sup> p. 569. tam aperte<sup>u</sup> non apparuisse insignia! — ita vivus inventus 25 est, ut eum venerabilis vir signo salutis munuerat<sup>v. 5</sup>.

(12). Sed quid mirum<sup>6</sup>, si vir Dei eum oratione et fletu potuit divine<sup>a</sup> virtutis ad Dei gloriam sustentari, ut ne pondere corporis collus<sup>b</sup> desolveret<sup>c</sup>. <sup>7</sup> vel tortarum ful-

I. Capp. 10—12. 1. 2.

30 Cap. 10. a) saeculum 2. b) m. al. corr. depinxit 1, et sic 2. c) ita 1. 2; ad suum Riesler. d) Q (i. e. quod) 1; quem 2. e) aequum 2. f) carpabat m. al. corr. carpabat 2, et sic 1. g) m. al. corr. iter 1, et sic 2.

35 Cap. 11. a) itineres pr. m. 1. b) summissae 2. c) humilima 2. d) ita 1. 2. e) m. al. corr. designaretur 1, et sic 2. f) m. al. corr. quo 1. g) decidisset 2. h) m. al. corr. expones 1, et sic 2. i) m. al. corr. pena cum fam 1; paenarum 2. k) ur eras. 1. l) ita 1. 2. m) venerandae 2. n) Cor- biani 2, corr. o) epistolae 2. p) m. al. corr. vehiculum 1; veiculo 2. q) ita 1. 2. r) m. al. corr. vesperascente 1. s) m. al. corr. incredibilis 1. t) si — insignia m. al. delevit 1. u) aperta pr. m. 2. v) ita pr. m. 2; monuerat, m. al. 40 add. vel muniverat 1.

Cap. 12. a) divinae 2. b) m. al. corr. colilum 1. c) m. al. corr. desol- veretur 1.

1) Iberus, equus Hispanicus. Cangius h. v. Ex cavallo B.  
2) I. e. 'a dolo ministrorum deposcet'; cf. infra l. 17: a ministris.  
45 3) Is, qui dirigitur, mittitur, legatus. 4) Vehiculum est equus, Gall. 'voiture'. Cangius h. v. 5) Muniverat B et munivit supra l. 3.  
6) Ita Greg. Dial. III, 15: Quid ergo mirum, si et q. s. 7) I. e. dissolveretur.

sione<sup>1</sup> alena<sup>2</sup> suffugaret<sup>3</sup>, aut inhediae<sup>a</sup> vel alatione<sup>4</sup> in tante<sup>b</sup> desperationis damnatione positum per triduum orando sustineri, quia<sup>c</sup> — hii<sup>d.</sup><sup>5</sup> fidelis<sup>e</sup> an infidelis fuissent<sup>f</sup>, ignoramus — exauditus non fuerat<sup>g</sup>? Quid mirum, si a Deo in virili sexu exauditus<sup>h</sup> fuerat, dum in tam fragilei<sup>i</sup> sexu<sup>j</sup> beatam virginem Christi Scolasticam<sup>k.</sup><sup>7</sup> exauditam legentes non dubitamus? Cui vir poscendi fidelissimus Benedictus

<sup>e. scg. Dial.</sup>  
<sup>II, 33.</sup>  
<sup>cf.</sup>  
<sup>Ps. 134, 7.</sup>

petenda praebere noluit, divina virtus poscente<sup>l</sup> ministravit elementum<sup>m</sup> purissimi aeris lacrimis coaculare<sup>n, o</sup>, sub momenti spatio tantum<sup>p</sup> tranquillitatem conturbans, flabra<sup>o</sup> ventorum a divinis thesauris producens, imbre<sup>q</sup> effundere<sup>r</sup> divina virtus non cessans, ut<sup>s</sup> ex tecto recedere quis valebat? mansit invitus, qui noluit invitatus. Si in tam fragile<sup>t</sup> sexu fidelis<sup>r</sup> viros orando tenere queunt<sup>s</sup> feminas<sup>t</sup>, quid mirum<sup>11</sup>, si beatus Corbinianus<sup>u</sup> infideles an fideles orando superare potuerat, qui se a divino tramite deviendo<sup>v</sup> numquam abstracthebat?

(13). Sicque peractum est, ut de poenis<sup>a</sup> depositus denotatus Adalpertus non tantum vivus, sed etiam inlesus<sup>b</sup> inventus est et ad palacium ab his qui missi fuerant deductus. Ad eius intuitum quasi ad ingens expectaculum<sup>c</sup> confluens multitudo,

I. Capp. 12. 13. 1. 2.

1) Ponere pro formare poetae accipiunt; cf. Verg. Eclog. 3, 44: 30 Alcimedon duo pocula fecit, — — Orpheaque in medio posuit silvasque sequentis. 2) Idem ac tollere; v. supra p. 205, n. 5, SS. rer. Meron. VI, p. 529. et V. Haimkrammi c. 18: martyris genitalia inpudenter abstrahere veriti no sunt. Arbeo igitur illud miraculum verecundiae causa e lamina sepulchri sustulerat. 3) Verba disserpta in hunc ordinem redigas: duos quos secum meliores habebat Iberos obtulit. 4) Immo 'ad-ductam'. 5) Husingum per ministeriales suos Corbinianum usque ad fines Baiuvariorum duci iussisse voluit B, instituta sui aevi in oculis habens. 6) Mais prope Meran; v. supra p. 110sq. 7) B addit: sicut longe superius diximus, a Grimoaldo duce praeceptum esse, et sane eiusmodi mandatum Grimoaldi ducis supra c. 15 (p. 204sq.) commemoratum est. 8) Pro 'aliquamdiu'. 9) B: detenus. 10) I. e. legatus. B: missus. 11) Suppleas: gentis; cf. infra c. 33: ad totius principem genti. 12) De Valentino supra p. 106. disserui. 13) Inter rivulos Timonem et Finaliem monente interpolatore B, c. 19. 14) B: p. absque habitatoris tramite, sed verba ita intellegenda sunt: 'locum pervium habitatoribus absque tramite'. 15) Hodie Kains vel Kuens ricus prope Meran in dextra Passeris fl. ripa situs. 45

ritum, sine divina voluntate contentum non fuisse; considerans loci secreta et ad cultum relegionis vitae dilecibilem, ammavit<sup>a</sup>. Hii qui missi fuerant revertebant<sup>b</sup> a principe; virum Dei cum summa dulcedine venire ut non pigeretur insistebant, et si sponte, accepto imperio, non vellisset<sup>c</sup>, tamen coactum<sup>d</sup> deduci deberetur. Intellexit vir sanctissimus virorum insidias; in praenotato castro submissa<sup>e</sup>.<sup>2</sup> subleclilia<sup>f</sup>, cum parte sequestrium<sup>3</sup> secutus est verbis directorum<sup>4</sup> prioribus.

(24). Palatium cum pervenisset, per quemdam<sup>a</sup> ex suis principi mandare curavit, ut nequaquam faciem illius videre vellisset<sup>b</sup>, nisi suam prius caram quam habebat coniugem amisisset<sup>5</sup>. Habebat namque Crimoaldus tunc in tempore uxorem fratris sui<sup>6</sup> Theodoalti<sup>c</sup>.<sup>7</sup> post obitum, quam sibi adulterina dilectatione<sup>8</sup>\* sumpsit in matrimonium, quae secundum huius carnis putridinem videbatur decora, nomine Pili- drud, generis<sup>d</sup> praeclara ex Gallorum partibus sua<sup>e</sup> genetrice secuta, ingenio<sup>f</sup> superflua: que<sup>g</sup> episcopi dictis minime

p. 581.  
Greg. Dial.  
J. 4.

I. Capp. 23. 24. 1.

- 20 Cap. 23. a) m. al. corr. amavit 1. b) m. al. corr. a pr. revertebantur 1.  
c) m. al. corr. voluisset 1. d) m. al. corr. coactus 1. e) m. al. corr. dimissa 1.  
f) m. al. corr. subleclilia 1.
- Cap. 24. a) m. al. corr. quandam 1. b) m. al. corr. voluisset 1. c) ita 1.  
d) m. al. corr. genere et in marg. add. Nota 1. e) m. al. corr. suam genetricem 1.  
25 f) m. al. corr. ingenia 1. g) q; m. al. corr. q 1.

1) Interpolator B addit, Corbinianum de hospitiolo secreto ibi construendo iam cogitasse, si locum condigno pretio comparare potuisset, possessoresque diligenter percunctatum esse. 2) I. e. relicta; B: dimisit. 3) I. e. sequentium, comitatus. 4) I. e. legatorum. 5) B: a se expelleret. 6) Litterae Gregorii II. papae Martiniano, Georgio, Dorotheo 'euntibus in Baioarium' datae c. 6 (MG. LL. III, p. 453): Ipsud quoque unius viri et uxoris coniugium doceatur in proximitate sanguinis non esse penitus praesumendum, id est ne quis uxorem patris aut patrui vel fratris — — audeat sibi coniugio copulare aut in adulterio sociare. 7) Nomina Theodolt. Walrat in ordine ducum defunctorum cum coniugibus et liberis Libri confraternitatum vetustioris monasterii S. Petri Salisburgensis locum post Crimolt. Pilidruth (MG. Necrologia Germaniae II, p. 26) occupant, cunque Theodoaldo uxor Walrat fuisse videatur, non video, quomodo Arbeo noster cum hoc documento conciliandus sit, nisi statueris Pilidruth secundi tori consortem eiusdem ducis fuisse; v. supra p. 112. Neque B. Sepp in dissertatione supra p. 115, n: 1, citata nimium feliciter de filia Theodoaldi cogitasse videtur, nam nomina feminea iuxta duces posita vix aegreque aliter interpretari licet atque uxorium. In Calendario saec. VIII. litteris Saxonici scripto, cuius fragmentum apud comitem de Walderdorf assertabatur (Necrologia III, p. 369), 8. Id. Oct. Theodbaldi ducis memoria celebratur. 8) I. e. delectatione.

consentire declinaverunt<sup>a</sup>. Ipse autem in sua perseverans sententia permanxit; egregii praedicatoris exhibebat testimonia Pauli<sup>1</sup>, huiusmodi alienos a regno fore Dei, seque nihilominus<sup>2</sup> esse inmemorem Davitico carmine tituli<sup>3</sup> agentis, conviatorem adulteranti cursibus sibimet adhibere partem, pro talique criminis factum<sup>b</sup> Iohannem ad<sup>c</sup> Herode esse interemptum<sup>d</sup>. Sicque per quadraginta vir Dei contentus<sup>e</sup> diebus, horum se abstrahens obtutibus, per suos cotidie monere<sup>f</sup> curavit, ut tam execrabilem<sup>g</sup> amitterentur coniugium. Cuius monitioni perseverantiae nunc duleidinem<sup>10</sup> Dei regni blandis promittebatur<sup>f</sup> verbis, nunc paenarum vires invexit aspera<sup>g</sup>, terribilem venturum minitabatur<sup>h</sup> iudicem: divino<sup>i</sup> non deesse credimus solatio. Ad promissionis seperandi<sup>k</sup> perduxit salutem, qui suis praesentati aspectibus, humo prooluti se peccasse minime silent; extensis brachiis terrae prostrati, ad remedia confessionis penitendo configunt. Quorum capitibus vir Dei manum initiens<sup>l</sup>, signo salutis munire curavit; ex humo erigens, lapsis penitentiae<sup>m</sup> designans viam salutis, remediorum solatia elimosinarum<sup>n</sup> adipisci praecipieus et amplius pecare non sinens, sieque domum ingressi, communem salubriter sumpserunt convivium: tam corporis alimoniam<sup>o</sup> quam animarum<sup>o</sup> a viro Dei propinabantur sacramenta.

(25). Tunc vir Dei locum dilectabilem<sup>o</sup>, cuius supe-

I. Capp. 24. 25. 1.

*Cap. 24.* a) declinār (i. e. declinarunt) *inter scribendum corr.* declinaverunt<sup>1</sup>; m. c. destinaverunt coni. *Petschenig:* at consentire nolebant *B;* cf. *SS. rer. Merov. VI*, p. 529, 45. b) m. al. corr. facto 1. c) ita 1. d) monore 1; ammonere *B.* e) m. al. corr. execrabilie amitterent 1. f) ut eras. 1. g) m. al. corr. asperas 1. h) ita 1. i) m. al. corr. divina — solatia 1. k) m. al. corr. separandi 1. l) ita 1; inponens *B.* m) m. al. corr. penitentiam 1. n) m. al. corr. elimosinis 1. o) ita 1.

1) 1. Cor. 6, 9. 2) *Pro 'nequaquam'.* 3) *Ita intellegam locum:* Davitici carminis tituli aientis, comitem itinerary adulterantis sibimet adhibere partem (cf. Ps. 49, 18). 4) Matth. 14, 10. 5) I. e. detentus. 6) *Intricata locorum descriptio vix et ne vix quidem explicari potest.* *Locum delectabilem,* cuius Arbeo in c. 23. meminit, interpolator *B* (c. 19) ad vicum Caininam rettulit, addens: in confinio Magense, atque etiam inseparabilitas cum eodem loco coniunxit, quasi: sancti Valentini atque beati Zenonis in eam (scilicet basilicam illic aedificatam) patrocinia (i. e. reliquias) collocasset et in eorum honorem basilicam dedicasset, id quod in litteris Henrici episcopi Brixinensis a. 1191. iteratum est (cf. v. Hormayr, 'Sämtliche Werke' I, p. 122). Sed locus Caininam auctor *B* in c. 17. a vicina S. Valentini ecclesia distinxit et ecclesia ibi constructa S. Mauricio a. 1291. sacra erat neque Valentino et Zenoni (K. Atz et A. Schatz, 'Der deutsche Anteil des Bistums Tirol' IV, p. 310). *Mihi locus delectabilis praeter Caininam et vineas ibi sitas, quibus Frisingenses praefectum cellae postea praeposuerant* (K. Atz

rius<sup>1</sup> memoriam fecimus, principi sibimet a possessoribus  
emere iusto pretio indicare curavit. Quibus dictis \*liben- p. 582.  
tissimo animo factis consecutus est princeps, ita<sup>2</sup> ut ibi vir  
Dei habitaculum construeret, oratorium moeneis<sup>a</sup> solitaret<sup>b</sup>,  
vinearum plantans copiam, pomifera conponens arbusta<sup>3</sup>,  
insuper sibi iniunctam beati Valentini Zenonis patrimoniam<sup>c</sup>  
curavit<sup>d</sup>, coepitque fama illius propagare se per orbem, et<sup>d</sup>  
cuius nunquam divina cessabatur<sup>e</sup> laus ore<sup>f</sup>.

(26). Quadam vero die cum ad prandium cum prefato  
duce consedisset, sibi adpositam mensam manu salutifere  
et ore muniret vexilli<sup>g</sup>, non de<sup>a</sup> proprio<sup>h</sup> vel cui praeposi-

## I. Capp. 25. 26. 1.

Cap. 25. a) m. al. corr. moenibus 1. b) m. al. corr. solidaret 1. c) patro-  
moniam pr. m. 1. d) a B; malim ex. e) ur eras. 1.

15 Cap. 26. a) d 1.

et A. Schatz l. c. IV, p. 309), etiam Valentini sepulchrum 'in praefato  
situm castro', scilicet in Maiensi, comprehendere videtur, cuius Arbeo  
item in c. 23. menunit, nam facere non possum, quin oratorium, quod  
'ibi' moenibus Corbinianus solidareret, atque habitaculum ab eo con-  
structum cum oratorio (c. 43) vel ecclesia Valentini (c. 38) Maiensi com-  
parem, cuius muri (c. 40) et domus adnexa (c. 48) commemorantur.  
Attamen haec Valentini ecclesia proprium patrimonium habebat, quod  
sibi iniunctum praeter locum emptum Corbinianus curavit, atque Zenonis  
nomen additum ad castrum montis Zenonis, iam Zenoburg, prope Meran  
situm, spectare cum C. Stampfer, 'Gesch. der Stadtmauern von Meran',  
l. l. p. 28, n., consentio. Certe uterque locus in destra Passeris ripa  
situs est, dum vicus Mais in sinistra iacet, atque Valentini sepulchrum  
una cum Corbiniani in monte Zenonis extitisse iam Bartholomeus Tri-  
dentinus asseruit (v. supra p. 110), cui situi abrupta montium talia,  
qualia Arbeo descripsit, convenire videntur. Ecclesiola vero S. Valentini  
('St. Valentinkirchlein') vel potius S. Stephani, cuius historiam enarra-  
verunt K. Atz et A. Schatz l. c. IV, p. 248 sqq., in sinistra Passeris ripa  
sita est dimidiaeque horae spatio a vico Obermais abest, eaque ad Valen-  
tinum et ad Corbiniani tempora non relata est nisi a scriptoribus recen-  
tioribus; v. supra p. 185.

1) Supra c. 23 (p. 214 sq.). 2) Quomodo fundus in loco qui dicitur  
Cainina acquisitus esset, interpolator B ita exposuit, Grimoaldum pos-  
sessores convocasse datoque pretio agros, prata, vineas cum parte alpium  
emisse, emptores, immo renditores, huec illi in proprietatem confirmasse,  
quae mox per manus Corbiniani ecclesiae S. Marie in castro Frisin-  
ensi tradita essent. 3) Charta Frisingensis a. 772 (ed. Bitterauf I,  
p. 72): cum pomifera arbusta atque nemora. 4) B addit: et ali-  
moniam pauperibus praeparavit. 5) In B caput integrum sequitur,  
quomodo Chorzes locus, hodie Kortsch prope Schlunders, Grimoaldo  
traditus et a Corbiniano emptus esset, qui eum ecclesiae S. Marie Frisi-  
ensi tradidissent. Kortsch vicus una cum Mais et Kains a. 931.  
episcopo Frisingensi restitutus est; v. supra p. 154. 6) Signo excidisse  
coniecit P. Geyer, comparans c. 45. ex.: salutiferi vixilli cum posuisset  
signum. B: salutifero crucis Christi signo. 7) Locum ita intelle-

tionis porrigeret panem, praenotatus princeps ex mensa dilecti<sup>a</sup> sibi proiciens panem cani, incuriae non veritus prae-  
sumptioni. Dum hoc vir intueret<sup>b</sup> Dei, dextro pede trispicium<sup>c</sup><sup>1</sup> calcem dedit, ut tante mense argentea vasula<sup>d</sup><sup>2</sup> per pavimenta cenaculi volverentur; ex scamno prosiliens, agebat<sup>3</sup>, ipsum tante benedictionis<sup>4</sup> fore indignum, quem canibus non verebatur<sup>e</sup> proicere. Domum egressus, ex illius se minitabatur abstrahere curis et nequaquam ulterius com-  
munem sumere cybum. Quibus factis, mulier inmiserere nitebatur<sup>f</sup> mortem, invidiae accensa, viri concubitu alienata,<sup>10</sup>

p. 583. a verbis viri Dei hoc evenisse asserens. Propterea \*cotidie cf. Gen. 37, 8. invidiae fomitem ministrabat; aiebat, hoc ob principis dis-  
pectum aegisse episcopum, Brittanorum origine<sup>5</sup> ortum, aliud nil quam mortis reum proclamitans. Dux rem con-  
siderans, patientiae servans custodiam, castri aditum clau-  
dere imperans, ne tantus a se recederet furore accensus vir.  
Ipse cum primatis palatum egressus, viri Dei provolutus vestigiis, satis<sup>6</sup> pollicebatur factionem; motum muneribus mitigavit episcopum: ab humo erectus, osculum offerebantur<sup>g</sup> pacis et sic communem sumpserunt cybum. Caeperuntque<sup>h</sup> 20  
viro Dei divitias, quas non amaverat, cottidianis insistere chronis<sup>i</sup> atque augescere loca.

I. Cap. 26. 1.

Cap. 26. a) m. al. corr. dilecto 1. b) m. al. corr. intueretur 1. c) ita 1;  
trispiti B. d) vascula Pertzius cum B. c) ita 1. 25

gam: ‘neque de proprio sumeret aut cuiquam propositionis porrigeret panem’, et sunt propositionis panes, qui sabbatis in mensa aurea in Sancto constituta opponebantur; cf. Exod. 25, 30, et alibi. B: super-  
positam consignavit alimoniam.

- 1) *Sulpicius Severus, Dial. II*, 1, 4: in sellula rusticana, ut sunt istae in usibus servitorum, quas nos rustici Galli tripeccias, vos scholastici aut certe tu, qui de Graecia venis, tripodas nuncupatis. *Francogall. ‘trépied’*. Cf. H. Schuchardt, ‘Der Vokalismus des Vulgärlateins’ I, p. 37. 94. 2) *Festus apud Paul. p. 248*, ed. Müller: Patelae, vasula parva picata, sacrificii faciendis apta. 3) I. e. aiebat.
- 4) *Benedictiones sunt eulogiae, munera*; cf. Gen. 33, 11: Et suscipe benedictionem quam attuli tibi. *Cangius*. Cf. Levison, ‘Histor. Jahrbuch’ 37, 1916, p. 685 sq. 5) His verbis contumeliosis, quae B praetermisit, veram Corbiniani consuetudinem ecclesiasticam Arbeo revelasse videtur, quam itineribus Romanis confictis in longe alium statum vertebat; v. supra p. 113. 6) Scilicet satisfactionem pollicebatur; B: satisfactionem spospondit. 7) *Chronos* (χρόνος), i. e. tempus, vocabulum Graecum, quod legitur in chartis Frisingensis ex ore Heredis conscriptis a Sundarherio a. 774 (ed. Bitterauf l. p. 93): perarare nomina debemus chronique prius, quod erat in anno XXV. d. et i. Tassilonis ducis, et ab Heripaldo a. 776 (Bitterauf p. 97): chrono superius comprehenso.

(27). Cum quadam die vir Dei domui<sup>a. 1</sup> proprii villa publice Frigisingas site demorasset, molestia corporis contigit<sup>a</sup>, ut more solito in vicino monte beati Stephani oratorio minime venire quivisset, matutinas Deo solvere laudes. Clerum suscitans, illuc<sup>a</sup> ire praecipit, hisque ascendentibus, vox psallentium in ecclesia in obviam facta est coris, tanta que concordia modolaminis magis ac magis audientium auribus perstrebebat<sup>a</sup>, quanto eminentiae<sup>a. 2</sup> propinquius<sup>b</sup> veniebant; ex fenestris et tecto tanta vim claritas luminis radiebat<sup>c</sup> per latera montis, ut diei superaret claritatem<sup>d</sup>. His festinantibus, ecclesie ianuam ingressi, tantus<sup>d</sup> claritatis fulgor evanuit: odor namque incredibili suavitatis flagrantia inundabat<sup>e</sup>, ut per triduum non abducte<sup>f</sup>, sed quasi naris praesentiae sitae aestimabantur. Nimio pavore perterriti velut mortui humo ruebantur<sup>e</sup> alii ante foribus<sup>f</sup> ecclesiae<sup>g</sup>, alii limina ingressi; qui ex tanta experti<sup>g</sup> terrore, vires receptos<sup>h</sup>, domui confugebant<sup>i</sup>, sententiam viro innotescerantur<sup>k</sup> Dei. His auditis, se illic<sup>l</sup> deferre praeciپiens, et ibimet ad manendum domum construere exiguum<sup>m</sup> iussit.

(28). Cum autem ministri in aquarum fatigatione in tam<sup>a</sup> celsitudine se \*fugisse montis conquererent et eam p. 584. deferendo tot spatiis<sup>b</sup> desudare murmurarent, quadam die episcopus diluculo consurgens solus, montis latera considerans, iuxta oratorium plagis meridiane in orationem humo se prostravit. Ea completa, baculo, a quo sustentabatur, humili infixit. Dum paulisper perfodiret, tanta aquarum?

## I. Capp. 27. 28. 1.

*C a p. 27.* a) ita 1. b) ita scripti; propinquus 1. c) m. al. corr. radiabat 1. d) ita pr. m., tantq m. al. 1. e) ur eras. 1. f) m. al. corr. fores 1. g) ita 1. h) ita pr. m., receptas m. al. 1. i) ita 1. k) ur fere eras. 1. l) m. al. corr. illuc 1. m) m. al. corr. exiguum 1.

*C a p. 28.* a) m. al. corr. tanta 1. b) m. al. corr. spatiis 1.

1) *B*: in episcopio Frigisingas. Anno 772. traditio facta est (*Bitterauf l. l. p. 70*): ad domum episcopalem, sancte Mariae honore suffulti, castro Frigisingas site ecclesiae, et eodem fere tempore (*MG. Concilia II*, p. 97) episcopi et abbates Baiuvariae inter se convenerunt, ut pro defuncti sodali episcopus 'in domo sua, id est episcopale', abbas in coenobio missas canendas curarent. 2) Ecclesiae *B*. Eminentia pro loco edito serenoque supra accipitur, quod alibi ad nobilitatem generis spectat; cf. supra p. 212, 16, et traditionem *Frisingensem* *Ortluipi de Helpendorf* a. 772 (*Bitterauf l. l. p. 78*): homo eminentiae (i. e. eminentia) cuncta praecellens. 3) Cf. *Greg. Dial. II*, 35: tantoque splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa, quae inter tenebras radiasset. 4) Cf. *Greg. Dial. IV*, 14. 16. 5) Scilicet 'ut p. tr. nares non abductae, sed q. in praesentia sitae aest.'. 6) Pro 'expergiti', sicut apud *Fredegarium*; cf. *SS. rer. Merov. II*, p. 562. 7) Exemplo Moysis (cf.

habundantia desudabat, ut ad omnem utensilium<sup>1</sup> cellulae sufficeret ministerio<sup>a</sup>, insuper ut<sup>b</sup> usque ad imam montis crepidinem deflueret et, eo vivente<sup>c</sup>, numquid<sup>d</sup>.<sup>2</sup> deesset. Cum autem vir Dei obisset et eius corpus a nobis ablatus<sup>e</sup> fuisset<sup>3</sup>, per XL annos humus aridus<sup>f</sup> sine aqua remansit<sup>g</sup>; eo iterum adducto<sup>4</sup>, in pristinam habundantiam aquam ministrabat, cuius nostri assertioni intuentium oculis ipse testatur fons<sup>5</sup>. Sed ad<sup>h</sup> historiae narrationis redeamus ordine<sup>i</sup>.<sup>6</sup>

I. Cap. 28. 1. 2 (a l. 2).

Cap. 28. a) in ministerio redit 2. b) om. 2. c) veniente pr. m. 2.  
 d) m. al. corr. numquā 2. e) m. al. corr. ablatum 1. f) m. al. corr. arida 1,  
 et sic 2. g) remensit pr. m. 2. h) m. vetusta superscr. 2. i) m. al. corr.  
 ordinē 2.

Exod. 17, 6; Num. 20, 11) et Benedicti, de quo persimile miraculum enarravit Gregorius, Dial. II, 5.

1) Chartue Frisingenses a. 743. et 757 (Bitterauf l. l. I, p. 27. et 36): iumentas, pecodes et omnem utensilium, cuius formulae loco in charta Karoli maioris domus a. 723 (MG. Dipl. I, p. 94): mobilibus et immobilibus legitur, et intelleguntur quaecumque erant bonorum commoda (nobis 'nutzungen'); cf. chartam a. 772 (Bitterauf I, p. 71): reliqua autem utensilia, id est campis, pratis, pascuis, silvis aquarumque decursibus et quicquid nostris ditionibus esse videtur, haec autem omnia loci huius utensilia. 2) B: numquam. 3) Infra c. 35 sqq. 4) Anno 765; cf. infra c. 41 sqq. Ex hoc loco annum emortualem Corbiniani computari licet; cf. supra p. 116. 5) 'Corbinianstründl' apud S. Stephanum, cf. F. X. Sulzbeck l. l. p. 93; M. Fastlinger, 'Das Todesjahr des H. Corbinian' (v. Deutinger, 'Beiträge z. Gesch., Topogr. u. Statistik des Erzb. München u. Freising VII, N. F. I, p. 1, Monachii 1901). Auctor carminis 'De Timone comite et de miraculo fontis sancti Corbiniani' post a. 884. ad Hludowicum Germanicum scripti (MG. Poetae lat. medii aevi II, p. 120 sqq.) originem fontis his versibus (v. 95 sqq.) celebravit:

Corbinianus eum Christi de muuere praesul

Iussit inexhaustas fundere semper aquas,  
 vimque eius mirabilē pluribus cecinīt, qui aegros sanasset, canibis vero  
 inde bibentibus exarunset, deinde precibus, ieruniis, crucibus imploratus  
 'cambutta' Corbiniani aihibita:

Affuit et cambutta patris quam suspicit arca

Eius pendente desuper ossa fovens,  
 iterum exsiluisset (v. 131):

Hanc nec durat hyems, torrente nec aret ab aestu,

Nec sentit solem nec pavet alluviem,  
 denique cani comitis perniciem attulisset inde bibenti. Cambutta, scilicet baculum, quo Corbinianus fontem illum eliciuisse dicitur, teste Ioanne Freiberger, V. Corbiniani (ed. Finauer l. l. p. 91) 'adhuc pendet coram summo altari cathedralis ecclesiae Frisingensis', id quod etiam C. Michelbeck I, p. 24. contendit. 6) In epistula, quam Heripald 'iussus ex ore Heredis episcop' a. 769, die 20. Ianuarii scripsit, haec leguntur (Th. Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising' I, p. 58): Sed ad superioris redeamus ordinem. Cf. supra p. 146.

(29). Cum quadam die vir Dei ad castrum<sup>1</sup> ire<sup>a</sup> vel-  
lisset vespertinas ad<sup>b</sup> \*beatae<sup>c</sup> Mariae<sup>d</sup> ecclesiam persol- p. 535.  
vendas laudes, cui Deo auctore deservimus, ecce! quaedam  
mulier rustica cum munere sibi in obviam facta est, male-  
ficiis<sup>e</sup> suspitione viro Dei iam ante devulgata, cum que<sup>f</sup>  
honostig<sup>g</sup> carnium ibant viri et animal vivum deducebant.  
Quam<sup>h</sup> vir Dei cum intueretur, subtiliter inquirebat, quae-  
nam illius fuisset adventus. Invida mulier: quendam<sup>i</sup> iu-  
ventutis flore<sup>2</sup> ducis sobole<sup>k</sup> quibusdam occultis daemonio-  
rum<sup>l</sup> intuitibus<sup>3</sup> fuisse commotum, quem suo nefando car-  
mine<sup>4</sup> et inlecebris<sup>5</sup> artibus perduxisse ad salutem<sup>6</sup>. Qui-  
bus dictis, vir Dei vehementer expavit, ex equo prosiliens,  
in tanta<sup>m</sup> furore commotus, ut ipsam iam anem<sup>n</sup>.<sup>7</sup> propriis  
cederet manibus et cuncta sibi<sup>8</sup> data pauperibus ad portam  
distribueret civitatis. Introitum urbis amisit<sup>9</sup>; domi reversus,  
perfidiam ducisse<sup>10</sup> deflere non cessabat. Sotiaque<sup>o</sup> anti-  
qui hostis, ut serpens in paradiſo, mulier, sparsis crinibus,  
viris<sup>p</sup> receptis<sup>q</sup>, cruentatam faciem ducisse<sup>r</sup> fleibile<sup>s</sup> demon-  
strabat voce; quam intuita<sup>t</sup> furore incensa, vultu mutato<sup>u</sup>,  
vim aspicientibus<sup>v</sup> demonstrabatur<sup>w</sup>: veneno<sup>x</sup> episcopi vitam  
insidiare conabatur, sed prodere ea viro distulit; latenter  
insidias suoque praeparans laqueo, cuidam<sup>11</sup> vocabulo Ni-

cf. Gen.  
c. 3, 1.

## I. Cap. 29. 1. 2.

Cap. 29. a) ita pr. m., ire voluisse m. al. 1; ire velisset 2. b) m. al.  
25 corr. cod. 1. c) beatine corr. beatæ 1. d) memoriae pr. m. 2. e) malefis 2.  
f) m. al. corr. qua 1. g) m. al. corr. honusti 1; onusti B; honesti 2. h) quod  
2 et Pertz cum B. i) quendam 1; quendem 2, corr. k) m. al. corr. sobolem 1.  
l) dem. 2. m) m. al. corr. tanto 1. n) m. al. corr. annum 1; canem m. vetusta  
corr. anam 2. o) ita 1; sociaque 2. p) m. al. corr. viribus 1. q) receptas 2,  
corr. r) corr. ducise 1. s) m. al. corr. fleibili 1; fleble 2, corr. t) uxor praedi-  
cti principis m. al. add. 1; incesta uxori principis add. B. u) vultum utato pr.  
m. 1, 2. v) ita 1. 2. w) ur eras. 1. x) ita 2 et fortasse 1; veneni Riezler;  
vim veneni B.

1) Frisingas add. B. 2) Cf. Greg. *Dial. I*, prol.: iuventutis  
35 flore. 3) I. e. visionibus. B: inlusionibus. 4) *Litterae Gregorii*  
papae Martiniano, Georgio, Dorotheo ‘euntibus in Baioarum’ datae  
c. 9 (MG. LL. III, p. 454): Ut incantationes et fastidiations sive  
diversae observationes dierum kalendarum, quas error tradidit pag-  
norum, prohileantur, sicut maleficia et magorum praestigia seu etiam  
10 sortilegorum ac divinantium observatio execranda. *Concil. Neuch-  
tense a. 772. c. 4* (MG. Conc. II, p. 100): ne forte carminibus vel  
machinis diabolicis vel magicis artibus insidiantur. 5) V. supra  
p. 212, n. 1. 6) B addit: et exinde haec exenia deportare. 7) *Anus*  
in genitivo et dativo singulari facit etiam ‘unui’, ‘anui’. *Forcell et*  
45 *Thes. ling. Lat. II*, 199. 8) *Immo ei*. B: cuneta quae cum ea porta-  
bantur exenia. 9) I. e. reliquit. 10) Principis B. 11) B insulse  
addit: secretario suo. Agitur potius de ricario (*infra* p. 222, l. 7) aut  
subactore (p. 223, l. 17), scilicet de iudice secundo Frisingensi, qui post  
comitem enumeratur (*charta a. 807/8, Bitterauf I*, p. 238: Mezzi comes.

noni silenter praecipiens, cum ab eadem villa recessissent\*. collectis famulis, episcopum interemissa.

(30). Cum quadam die ad aliam se mutassent\* generaliter villam, his transeuntibus, quidam pernitiem insidie<sup>b</sup> p. 586. per fratrem suum<sup>1</sup> beate<sup>c</sup> memoriae \*nutritorem meum Ermbertum<sup>d</sup>.<sup>2</sup> viro Dei mandare curavit, quod eadem nocte mulieris insidiae a praefato vicario occideret, nisi se mutationis<sup>3</sup> loci studiose salvaret<sup>e</sup>. Qui reversus, cuncta viri<sup>f</sup> Dei dicta disponens, quibus machinis laqueatus esset, nisi se studiose prudentiae abstraxisset, his dictis fidem fecit<sup>5</sup>, noctis intempesta silentio<sup>6</sup> occulte ad aliam equitabatur<sup>f</sup> villam. Eodem sequente crepusculo, ecce! praenotatus Ninus, collectis famulis, domum circumdat viri Dei; quem<sup>g</sup> dum

I. Capp. 29. 30. 1. 2.

Cap. 29. a) ita 1; recesset m. al. corr. recessissent 2.

Cap. 30. a) corr. mutasset 1. b) m. al. corr. insidiarum 1; insidiae 2. c) beatae 2. d) Ermbertum (?) pr. m. 2. e) ita 1. 2 cum B. f) m. al. corr. equitabat 1; aequitabatus corr. equit. 2. g) Quam 2.

Engilperht vicarius) et alibi centenarius appellatur (charta a. 819; Bitterauf I, p. 369: Engilberti centinarii; cf. G. Waitz, 'VG.' III, 2, p. 393, n. 3<sup>2</sup>). In vetustissima charta Frisingensi a. 743. data inter testes signa utriusque iudicis deprehenduntur (Bitterauf I, p. 28): Anulo iudicis et Reginoni iudicis, quibus in charta a. 760. signa Raginonii presidi et Cundpaldi iudicis respondere videntur, atque Ragino 'ad genealogiam quae vocatur Fagana' pertinebat, unum c quinque gentibus nobilibus Baiuvariorum. Ninonis nomen quod supra legitur satis alienum unde venerit ignoro, nisi illud cum posteriore parte nominis Raginonis comparaveris, qui iudex etiam Arbeonis aero munere suo fungebatur.

1) Auctor B Ermbertum fratrem Corbiniano distinete attribuit his verbis: per fratrem ipsius episcopi, sed ad textum A 'frater' potius ad 'quidam' referendus videtur esse, ita ut 'quidam' fratre suo usus esset, qui Corbiniano insidias nuntiasset. Licet is 'unigenitus' supra c. 2. dictus sit, tamen in c. 33. non solum carnalis eius frater ab auctore primigenio A commemoratur, sed ctiam 'Ermbertus' idem ab auctore B dictus est neque facile inter duos locos distinguendum videtur esse. Ermbertus autem frater Corbiniani fuisse negui nisi maior natu monente Meichelbeck l. l. p. 25, sique Corbinianus unigenitus matris fuisset, fratrem codem patre natum esse oportet, monente S. Riezler p. 233; v. supra p. 137. 2) Ermbertus vel 'Ercemberch' episcopus Frisingensis a. 739. institutus est, quo Bonifatius totam Baiuvariorum provinciam in quattuor dioecses divisit (V. Bonifatii auctore Willibaldo c. 7, p. 38; supra p. 118), atque antiquissima charta traditionis ecclesiae Frisingensis a. 743. data eius meminit (cf. Bitterauf l. l. p. 27), qui non post Kal. Ian. a. 747. defunctus est; cf. supra p. 119. 'Ermperhtus' episcopus in ordine episcoporum vel abbatum defensorum vetusti Libri confraternitatum monasterii S. Petri Salisburgensis (MG. Necrologia Germaniae II, p. 26) locum post Vivilonem episcopum Pataviensem occupat. 3) Mutatione B. 4) Lege: 'viro Dei dicta exponens'. 5) B: adhibuit. 6) 3. Reg. 3, 20 (= Greg. Dial. III, 4): iutempestae noctis silentio.

diligentissime scrutarentur, cure<sup>1</sup> se reprahensos in necem episcopi, et minime repererent<sup>a</sup>, cuncta evertentes, vacui reversi sunt. Ipse autem, sumpto secum clero, locum amisit<sup>2</sup>, Maiense<sup>b</sup> castro se contulit, per quendam ex suis ducisse<sup>3</sup> summe mandare curavit, quod sub omni celeritate ipsa in foveam, quam viro paraverat<sup>c</sup>, cum suis rueret, Dei gloriā ammittere regni, inopie<sup>d</sup> consumptam vitam finire. His auditis insidiis, viri Dei summus princeps a sua composita<sup>e</sup> coniuge per directos episcopum nitebatur ad se reverti. His dicentibus, nihil declinans agebat<sup>f</sup> oportere Zezabelis<sup>f</sup> insidias cavare<sup>g</sup>. His dictis, reversi sunt; sed cf. 3. Reg. quibus insidiis vindicta foret sectuta, scribendi stilum<sup>h</sup>.<sup>6</sup> minime abstrahere opinor.

(31). Ipse<sup>a</sup> praefatus etiam et carus puer, quam<sup>b</sup> nefando carmine praenotata<sup>c</sup> machinis diaboli praecantabat mulier, vivendi finem fecit. Eo mortuo, Crimoaldus<sup>d</sup> ab<sup>e</sup> insidiatoribus interemptus est. Praefatus subactor<sup>f</sup>, qui in necem episcopi collegium fecit, probram<sup>g</sup> pertulit mortem: in necessum<sup>f, g</sup> dum purgare iret alvum, lantie<sup>g</sup> ictu<sup>h</sup> vivendi finem fecit. Ad ultimum<sup>i</sup> praenotata coniux<sup>i</sup>\* in fide p. 587. decepta Carolo Gallis sectuta<sup>11</sup>, amissa potestate et gloriae

## I. Capp. 30. 31. 1. 2.

Cap. 30. a) m. al. corr. reperirent 1. b) m. al. corr. Maiensi 1, et sic 2. c) paravarat pr. m. 2. d) inopie 2. e) compositae coniuge, ras. g 2. f) ita 1 et m. al. 2 (cf. Ionac V. Col. I, c. 18); Gezelabis pr. m. 2. g) ita 1; cavere 2 cum B. h) stilum pr. m. 1.

Cap. 31. a) In se pr. m. 2. b) m. al. corr. quem 1. c) praenotato 2, corr. d) ita corr. e Crimoaldos 1. e) versu exente m. vetusta suppl. 2. f) m. vetusta corr. necessarium 2. g) m. al. corr. lantee 1; lanceas 2. h) ictu: i) coniunx 2 (pr. m.).

1) I. e. 'cura, vel potius solliciti, ne deprehensi essent in nece episcopi'. 2) Cf. p. 221, n. 9. 3) B: principi demandavit. 4) I. e. 'His aud. ins., viro Dei a sua coniuge compositis, s. pr.'. 5) I. e. nihil inclinans aiebat; B: dixit. 6) Cf. supra p. 99, n. 2. 7) Scilicet Nino, qui supra c. 30. vicarius, ab auctore B autem secretarius dicitur. 8) Probrosa morte B. Probi Append. 201, 27. ed. Keil: Inter probum et probrum hoc interest, quod probum iustum significat, probrum vero ignominiosum esse demonstrat. 9) I. e. successum vel necessarium, e quibus unum vocabulum Arbeo formavit. 10) Pilidrud add. B. 11) Karolus a. 725. fines Baiuvariae ingressus (Breysig, 'Jahrb. des fränk. Reiches' p. 53; Mühlbacher, 'Reg.' I, p. 15<sup>2</sup>), subacta regione illa, thesauris multis cum matrona quandam nomine Beletrude et nepta sua Sunnichilde regreditur, teste Continuatore Fredericarii c. 12, atque Sunnichildis, neptis et Pilidrudis et Odilonis (cf. Ann. Mettenses ed. de Simson p. 32; Ann. Einhardi a. 741, ed. Kurze p. 3), ducis Baiuvariorum ex anno 735/6, successoris Hucberti, concubina Karoli post mortem Hrothrudis uxoris (cf. Ann. Petav., Lauresham., Nazar. a. 725; SS. I, p. 9. 24 sq.) facta est, mater Griphonis.

deorem, propriis exuta substantiis<sup>a</sup>, nil quam asellum sub vectigali<sup>1</sup> possidens, quem secuta in Italiae partibus vitam finivit. Ceteri, qui ex illius probebantur<sup>2</sup> utero<sup>b</sup>, tante<sup>c</sup> pulchritudinis forme, sub<sup>3</sup> multa tribulatione regno privati vitalem amiserunt flatum sieque viri<sup>4</sup> Dei consummati sunt<sup>d</sup>, ut, ex illis ne qui<sup>e</sup>.<sup>5</sup> essent, dubium non est.

(32). Hucpertus cum intrasset in regnum<sup>a</sup>, cum omne<sup>b</sup> dulcedine et summe<sup>c</sup> honoris culmine virum Dei revocitans<sup>6</sup>, quem in tanto venerabatur honore, dignus ut erat meritis, et sibimet sacro fontis sociavit lavacro<sup>7</sup>.

(33). Cumque exitus viri Dei adpropinquasset, ut vitam mutare debuisset, tempore<sup>a</sup> migrationis non ignarus, suum carnalem Italiae direxit fratrem<sup>8</sup> ad totius principem genti<sup>b</sup>, ne ab ipso<sup>c</sup> patrimonium<sup>9</sup> ab eo auferret, et suum recipere sepulturae praeciperetur corpusculum, quem ibidem beato Valentino deputavit vivus, quia eosdem<sup>d</sup> castros dominabantur in tempore Longobarthie.<sup>10</sup> Hoc octabo ante obitum suum mandare curavit die, et horam egressionis<sup>f</sup> praedicens<sup>g</sup>, alium ex suis quandam suum duci<sup>11</sup> direxit<sup>h</sup> et suum praedicit obitum, votis deposcens consummationem<sup>i</sup>, ut cadaver deferre imperaret, ubi vivus pollicebatur.

I. Capp. 31—33. 1. 2.

Cap. 31. a) substantus corr. substantur 2. b) utere pr. m. 2. c) tantae pulchritudinis formae 2. d) s::t m. al. corr. s 1. e) nequi essent 2; nequi esset 1; nequit Riebler.

25

Cap. 32. a) reguum 1, corr. b) omni 2. c) m. al. corr. summo 1, et sic 2.

Cap. 33. a) m. al. corr. temporis 1. b) m. al. corr. gentis 1. c) (ip m. vetusta suppl.) so 2. d) m. al. corr. eisdem castris 1, et sic 2. e) ita 2; Longobardi 1. f) egressionis 2. g) praedicans pr. m. 2. h) durexit 2, corr. i) coms. 2, corr.

30

1) *Vectigalia sunt vecturae, velicula teste Cangio. B: asellum ad subvectionem.* 2) *I. e. prodibant.* 3) *B: cum multa tr.* . 4) *Intellegas: viro.* 5) *I. e. 'ut duum non sit, quin nulli de illis supersint'.* 6) *B: revocavit.* 7) *Benedictionarium ecclesiae Frisingensis (Morin l. l. p. 185): Et tunc quidem disposuisti corpora potari, nunc autem animas lavacro baptismatis expurgare. Locum Velserus ita interpretatus est: 'Credo', inquit, 'quod principis liberos episcopos tinxerit, et similiter Suyskenus, AA. SS. Sept. III, p. 276. Corbinianus patrinus factus videtur esse subolis Hucperti ducis, qua re sacro fontis lavacro sibi eum sociavit, sicut Secundum episcopum Tridentinum Theodelinda regina; Paulus. H. Langob. IV, 27; cf. supra p. 115.* 8) *Ermbertum add. B.* 9) *Scilicet praedium ecclesiasticum a Corbiniano acquisitum; v. supra c. 25 B roocabulum itu interpretatus est: firmatatem sui proprii conquestus (i. e. possessionis) in Magiensi castro, quod sanctae Mariae tradidit.* 10) *Luitprandus rex Langobardorum, maritus Guntrut, filiae Theodeberti Baiuvariorum ducis, apud quem exulaverat (cf. Pauli H. Lang. VI, 43), 'initio regni sui' plurima Baiuvariorum castra ceperat (Paulus l. l. VI, 58), quae a. 765. iterum in ditione eorundem erant; v. infra c. 41sq., supra p. 121.* 11) *B: ad Hugbertum principem.*

35

40

45

50

(34). Veniente iam exitus suae<sup>a</sup> die, balneum p. 588.  
 parare iussit, ex more abluens corpus, capillos totondi<sup>b</sup>  
 curavit<sup>1</sup>, veste<sup>c</sup> indutus, sacrificium ex more obtulit Deo,  
 viaticum<sup>2</sup> propriis recipiens manibus. Missarum completa  
<sup>5</sup> sollempnia, domum ingressus, post tanti<sup>d</sup> Christi perceptione<sup>e</sup>  
 corporis<sup>3</sup> vinum deduci<sup>f</sup> iussit: accepto calice, modicum  
 sumpsit. Eum propinatori<sup>5</sup> manibus deponans<sup>f</sup>, nihil doloris  
 simulans, signum salutis capiti pressit et vivendi finem fecit<sup>6</sup>. Sept. 8.  
 Qui a ministris in beatae Dei genetricis Mariae ecclesiae  
<sup>10</sup> traditus est sepulturae<sup>7</sup>, funere ingenti tanti amissionis<sup>g</sup>  
 patris.

(35). His<sup>a</sup> principe<sup>8</sup> reversis summo directis, cum  
 summis imperio curis ut corpus tanti deferre deberentur<sup>b</sup>  
 patris ad locum, quem poscebat<sup>c</sup> vivus<sup>d. 9</sup>; qui XXXmo  
<sup>15</sup> ab humo deductus<sup>e. 10</sup> die tam vivi similis forma repertus  
 est, quasi valens somnum pertulisset vivus. Confluebant  
 namque multitudo virorum ac mulierum quasi ad ingens  
 spectaculum; tanti pontificis lamentabantur abcessum<sup>f</sup>.

(36). Cumque<sup>a</sup> corpus pontificis plaustri opposuissent<sup>11</sup>,  
<sup>20</sup> circumdata multitudine, quadam<sup>b</sup> puella cum sibi sotia secre-  
 tius stabat vocabulo Magata<sup>12</sup>, cumque<sup>c</sup> illam sistrix<sup>13</sup> in-

I. Capp. 34—36. 1, 2.

Cap. 34. a) m. al. corr. sui 1. b) ita 2; detondi 1; tondere B. c) vest& 1.  
<sup>25</sup> d) m. al. corr. tantam 1. e) ita 2; perceptionem 1. f) ita pr. m. 1; disponens  
 pr. m. 2; m. al. corr. deponens 1. 2. g) m. al. corr. ammissione 1.

Cap. 35. a) m. al. add. a 1; habent 2 et B. b) m. al. corr. deberent 1.

c) m. al. corr. poscebat 1. d) vivum pr. m. 2. e) deductos, pr. m. corr. 2.  
 f) ita 1. 2 cum B.

Cap. 36. a) cum quo 1. b) m. al. corr. quedam 1. c) cum quae pr. m. 1.

30      1) *B* addit: caput et barbam radere.      2) *Sacra eucharistia.*  
*Cangius.*      3) *B* addit: et sanguinis.      4) *B*: adduci.      5) *I. e.*  
*pincerna.*      6) *Anno 725. vel paulo post Corbinianus mortuus est; v.*  
*supra p. 116. Colitur die 8. Sept., scilicet festo nativitatis Mariæ; cf.*  
*supra p. 115sq. Petrus de Natalibus VIII, 54.* Devotus virginis gloriose  
<sup>35</sup> die nativitatis eius in pace quievit, videlicet VI. Idus Septembbris.  
 7) *Teste interpolatore B pluvia et procella per 30 dies (cf. l. 14)* conti-  
 nuos taedium defuncti indicabant, in ecclesia Valentini requiescere desi-  
 derant.      8) Hucherto add. *B*, sed priorem legatum Corbinianus potius  
 ad Liutprandum regem miserat, qui ‘totius princeps gentis’ supra c. 33.  
<sup>40</sup> appellatur, locumque ita construas: His directis (scilicet legatis) a summo  
 principe (cf. p. 230, 18) reversis ut cum summis imperii curis (summe  
 cure *infra c. 42*), ut utraque legatio et in Italiā et ad Hucpertum missa  
 comprehendatur.      9) *Magias recte B*, qui add.: ut ibi in ecclesia  
 sepeliretur sancti Valentini.      10) *I. e. ex humo adductus, prolatus.*  
<sup>45</sup> 11) *B*: inposuerunt.      12) *Goth. ‘magabs’, i. e. puella.*      13) *Ea quae*  
 adstabat. *In codicibus B 9. 9 a. b socia legitur; v. p. 177.*

quereret<sup>a</sup>, quid episcopo agerantur<sup>b</sup>, ipsa namque nefandum<sup>c</sup> intulit sermonem, sue<sup>d</sup> lasciviae animi sotium inlecebri<sup>1</sup> concubiti<sup>e</sup>, quod hoc illi egisset, sui sermonis improvida sociam diludere<sup>f</sup> vellens<sup>g</sup>. Cui statim divine<sup>h</sup> virtutis vindicta secuta est: dextra flexebatur<sup>2</sup> crura<sup>3</sup>, calcaneum natie<sup>4</sup> tenus rigebatur. Quae in sua permanxit claudicatione usque in praesentem diem<sup>i</sup>; binis<sup>k</sup> sustentatur baculis, unius pedis utitur gressus<sup>1</sup>, sed, ut puto, in confessionis atque orationis studio modo<sup>5</sup> perfectam gerens vitam<sup>6</sup>.

p. 589. \*(37). Viri Dei Vallenensium<sup>7</sup> aduentibus corposculum<sup>a</sup> 10 cum venisset partibus, quidam nobilis tam genere quam forme<sup>b</sup> Romanus, Dominicus<sup>8</sup> vocabulo, Preonensium<sup>c.</sup><sup>9</sup> plebis<sup>d</sup> concives, magnis vexabatur febribus. Ad viri Dei corpus dum venisset, confidenter atque sanitati fidus se subtermisit<sup>10</sup>: altero latere<sup>e</sup> surrexit, pristinae restitutus 15 sanitati tam valenter, ut proprium<sup>f</sup> prosiliens<sup>11</sup> equum, Dei virtutem conlaudans, domui<sup>g</sup> reversus est. Ministri vero viri<sup>h</sup> Dei dum ad castrum Magensem cum corpore<sup>i</sup> deve- 20 nissent, ad ipsam portam urbis a custodibus Longobardorum repulsi sunt; agentes<sup>12</sup>, viri Dei hoc nequaquam<sup>k</sup> fuisse 25

I. Capp. 36. 37. 1. 2 (ad l. 18).

C a p. 36. a) inquireret 2. b) agerentur 2. c) ita 1. 2. d) suae 2. e) concubitus pr. m. 2. f) deludere 2. g) m. al. corr. volens 1. h) divinæ 2. i) m. al. corr. usque dum vixit 1 cum B. k) bini 2. l) corr. gressu 1.

C a p. 37. a) corpuse. 2. b) forma 2. c) m. al. corr. Veronensium 25 1, et sic B 9 (v. supra p. 161). d) plepis pr. m. 2. e) latare pr. m. 1. f) propriū 2, corr. g) m. al. corr. domum 1. h) om. 2. l) in corpore desinit 2, quaternione perduto. k) nequam pr. m. 1; cf. p. 228, 7.

1) *V. supra p. 212, n. 1.* 2) *B:* flectabatur. 3) *B:* femur eius dextrum. 4) *I. e.* nate tenuis. 5) *Auctor B, ut erat posterior,* 30 *hoc miraculum ita conclusit:* vitam multis duxerat annis. 6) *Miraculum quod in B subsequitur sanguinis calidi e naribus corporis emanantis exemplo c. 38. iteratum, sed vase fictili auctum est, quo sanguinem collegissent, cumque illud castra metati terra cooperuissent, corpus Frisingas reportantibus sanguis tam recenti colore quasi viventis visus est, ita ut ecclesiam eo loco aedificassent.* *V. supra p. 155.* 7) *I. e.* 'Cum corporeculum viri Dei, adduentibus (scilicet ministris), in partes Vallenensem vcnisset'. Vallenenses sunt incolae vallis Aeni fl.; cf. K. Zcuss, 'Die Deutschen und die Nachbarstämme', p. 587. In 'Vallenensem pago' villae Polling, Flaurling, Inst (BH. Innsbruck et Imst) sitae erant, 35 quas ecclesiae Scarantiensi Reginperlus a. 768. ea condicione concessit (Bitterauf l. l. p. 47), ut ecclesiae S. Mariae et episcopo 'inconciacentis dioecesis' Frisingensis illa censum redderet. 8) *Dominicus quidam presbyter ecclesiae S. Mariae Rotae (Rott ad Aenum fl.) a. 769. praererat;* cf. Bitterauf p. 57. *Nomen illud apud Baiuvarios in Minig degeneratum una cum lingua Romana usque in finem saec. XIV. in valle Venustica persistit;* cf. de Ottenthal, 'Mith. des Instituts für Oesterr. Geschichtsforsch.' II, p. 113 sqq. 9) *De Breonensisibus v. supra p. 105 sqq.* 40 10) *Infra c. 46: summissus.* 11) *I. e. insiliens.* 12) *I. e. aientes.*

corpus, sed machinis<sup>1</sup> fore insidias, ut urbem capere quievissent.

(38). His dicecentibus, ecce! litteras<sup>a</sup> a Papiense summo pervenerunt regi, qui tanti viri corpus praecipiebantur<sup>b</sup> cum summa<sup>c</sup> honore suscepit<sup>d</sup>. Eo suscepto, vasculum aperuerunt, ut experimento dederent<sup>e</sup> veritatis probamentum. Cumque pallium sudarri<sup>2</sup> abstraxissent, cum quo facies illius fuerat velata, ecce!<sup>3</sup> sanguis ex naribus viri Dei egrediebatur calidus, qui inter tot montium spatia fuerat contactus<sup>f</sup>.<sup>4</sup>, et tante pulchritudinis forma et corporis color, quantam prius gestabatur<sup>g</sup> vivus. Tunc una voce himnificabantur<sup>h</sup>.<sup>5</sup> Deum; cum summa reverentia beati, ut ipse disposuerat, Christi confessoris ecclesiam<sup>6</sup> Valentini humo<sup>i</sup> tradiderunt.

(39). In<sup>a</sup> cuius tertiae post sepulture noctis medie<sup>a</sup>.<sup>7</sup> p. 590. tante claritatis lumine reperte sunt cereae ardentes, qui diei vincerent<sup>8</sup> vulgorem<sup>b</sup> et candoris superaret<sup>c</sup> nivem<sup>9</sup>.

(40). Quadam vero die dum puer parvulus in ipsius Sept. 8. viri Dei sollemnia<sup>a</sup> noctis secus muris<sup>b</sup> ecclesiae<sup>10</sup> incaute

20 I. Capp. 37—40. 1.

Cap. 38. a) m. al. corr. litterq 1. b) ur eras. 1. c) m. al. corr. summo 1.

d) m. al. corr. suscipi 1. e) m. al. corr. didicent 1. f) ita pr. m., m. al. corr. contractus 1; adportatus B; intactus coni. P. Geyer. g) ur eras. 1. h) m. al. corr. hymnificant 1. i) m. al. corr. sepulturae 1, et sic B; cf. p. 228, 19.

25 Cap. 39. a) m. al. corr. Post sepulturam vero tercia nocte media 1, et sic B. b) m. al. corr. fulgorem 1. c) et candorem superarent nivis B.

Cap. 40. a) m. al. corr. sollemnitate 1, et sic B. b) m. al. corr. muros, et sic B.

1) Cf. Concil. Neuchingense a. 772, c. 2 (MG. Concilia II, p. 100):

30 Ut nullus furtivam rem, tam in equis et quadrupedibus quam in reliqua subpellectilia, extra finem Baiuvariorum venundare vel machinis diabolicis exterminandi insidiis tegi. 2) Sudarium est veli quo caput tegitur species. Cangius. 3) B addit: iterum; cf. supra p. 226, l. 33. 4) Contingere est tangendo conspergere, ungere, tingere; cf. Sen. contr. 9, 2 (25), 5: contactam sanguine humano mensam.

35 Thesaurus linguae Latinae IV, col. 714. 5) Hymnificare i. q. hymnos cantare. 6) B: in ecclesia sancti Valentini confessoris Christi.

7) I. e. 'In tercia nocte media post eius sepulturam'. 8) Cf. Greg. Dial. II, 35: tantoque splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa.

40 9) B addit: magnusque ibidem et optimus secutus est odor, qui illic permanxit usque ad matutinorum sollemnia. 10) B: secus muros

civitatis, qui auctor ecclesiam Valentini ibi sitam fuisse existimavit, ubi castrum Maiense fuerit, dum C. Stampfer l. l. p. 340. castrum infra ecclesiam collocatum esse statuit, scilicet in loco qui hodie Meran dicitur,

45 sed verba: in praecipuum devolvebatur castri ita vix assequor, interpretationem B anteponens. Stampfer cavernas in monte Zenonis deprehendisse sibi visus est, dum aii, e. gr. B. Mazegger l. l., easdem in sinistra Passeris ripa e regione illius montis conspexisse volunt. Pons

decurreret, pede lapsus in praecipitum devolvebatur castri. Erat ibi tante<sup>a</sup> altitudinis spatia<sup>b</sup>, ut intuentibus pavor insistit, ad montisque ipsius latere crepidinis Passires<sup>c</sup> amnis suis intumescit fluctibus. Quis enim estimabatur<sup>e</sup> aliud quam mortuum<sup>d</sup>, repertus si fuisset, saxarum<sup>e</sup> aciebus, divisus scopulis ingentis<sup>f</sup>, sicut huius urbis forma declarat<sup>g</sup>, et ad ima montis si pervenisset, nequaquam flumen evadere potuisset? Qui dum irent, cadaver querentes, amne super pontem amissi<sup>h</sup>,<sup>2</sup> contemplabantur puerum saxo cuidam coherentis<sup>i</sup> et ipsius fluminis secus positi; areptis<sup>k</sup> funibus, per saxorum se immiserunt cavernas usque ad iacentem, quem querebantur<sup>l</sup>. Qui non tantum<sup>m</sup> vivus, sed etiam inlesus repertus est et<sup>n</sup> ad pristinam deportatus stationi<sup>o</sup>, nostrisque temporibus, dum non propriis meritis, sed divine largitatis munere huius episcopatui praeesse fecisset<sup>4</sup>.

(41). Et dum beatae<sup>5</sup> proantecessoris nostri Iosepphi<sup>6</sup> dignisque meritis episcopi Christi confessoris corpus Valen-  
tini, qui olim a Longobardorum genti a \*praenotato fuerat abstulatum<sup>a</sup>,<sup>7</sup> castro et in Trigentino<sup>b</sup> sepulturae traditus

I. Capp. 40. 41. 1.

*Cap. 40.* a) ita 1. b) m. al. corr. spatio 1. c) m. al. corr. estimabat 1.  
d) ita 1. e) m. al. corr. saxorum 1. f) m. al. corr. ingentibus 1. g) m. al.  
corr. declarat 1. h) amisi m. al. corr. amissio 1; transgresso B. i) m. al. corr.  
inherentem 1, et sic B. k) m. al. corr. areptis 1. l) m. al. corr. querebant 1.  
m) ita B; tam (i. e. tamen) 1; cf. p. 231, 13. n) m. al. corr. stationem 1.

*Cap. 41.* a) m. al. corr. ablatum 1. b) m. al. corr. Trigentina 1.

lapideus prope Meran, 'ubi itur versus Steinach' a. 1330. commemoratur (D. Schönherr l. l. p. 21) hodieque appellatur 'steinerner Steg'.

1) *Passer fl. Athesim influens.* 2) *B:* transgresso: cf. p. 232,  
l. 1: Amissa montana. 3) *B auctor posterior ita pergit:* quique  
etiam divinae largitatis munere ipso praeverat postea episcopatui  
multis diebus. 4) *Arbeo scilicet biographus, qui haec de se puer*  
*retulit;* cf. supra p. 123. 5) *Memoriae supplevit S. Riezler;* cf. V.  
*Haimhrammi c. 45:* prodecessore nostro beatae memoriae Ioseppo epi-  
scopo. At *auctor B recte:* corpus beati Valentini confessoris Christi  
(cf. p. 227, 13), cum reliqua ita intellegas: 'dum a proantecessore nostro  
Iosepho d. q. m. episcopo — traditum fuisse'. 6) *Iosephus episcopus*  
*Frisingensis mense Februario a. 747. iam ordinatus erat* (v. supra  
p. 119), 'proantecessor' i. e. decessor Arbeonis, cumque chartae a. 763.  
die 29. Iunii datae testis fuerit (Bitterauf, 'Die Traditionen des Hoch-  
stifts Freising' I, p. 48) dieque 17. Ianuarii in ecclesia Frisingensi  
coleretur, die vero 7. Maii a. 765. *Arbeo iam 'publicam synodus seu*  
*aliud placitum' Frisingae fieri insserit* (Bitterauf l. l. p. 51), decesso-  
rem obiisse oportet a. 764. aut 765. Ceterum synodus cuius memini  
eandem fuisse, quae h. l. commemoratur, recte statuit M. Fastlinger,  
'Das Todesjahr des hl. Korbinian' (v. Deutinger, 'Beiträge zur Gesch.,  
Topogr. u. Statistik des Erzb. München u. Freising, fortges. von Specht,  
Monachii 1901, VII, 'N. Folge' I, p. 1sqq.). 7) *B:* ablatum.

